A nominare)certa quædam humoris qualitas continetur,uentriculo moleſta,quæ neque multa eſt,
neqꝫ in uentriculi fluitat cauitate,ſed eam ipſe imbibere tunicæ. Sed & oſcitare,ſicuti & pandicu-
lari,contenta aliqua in muſculis(per quos uoluntarij quoqꝫ fiunt motus)uel humiditate flatuoſa,
uel ſpiritu uaporoſo fieri eſt à nobis demonſtratum . Horror autem prauis humoribus per cutem
currētibus accidit. Liquet autem, ꝙ nūc à nobis habetur ſermo de horrore, qui ex corpore proue
nit inſalubri, non de illo, qui cauſam extrinſecus habet. Singula igitur hæc, quæ dicta ſunt potus
uini meracioris ſanat. Moderatam autem temperaturam ipſe monſtrauit inquiens: Vinum æqua
le æquali potum. Vult enim æqua portione aquæ uinū temperari, ut partim quidem pellat & eua
cuet ex materia infeſtante, quicquid ceſſerit uini motui cum impetu lati, partim autem, quod reli
quum fuerit, temperet. Calefacit enim uinum, ut nouimus corpus totum, citoqꝫ mouetur in om-
nes partes, & cum hoc omnes humores optimos reddit.

57 *Quibus in urinario meatu tubercula fiunt,ijs ſuppuratione facta & eruptione,ſoluitur dolor.*

Et hunc Aphoriſmum in præcedentibus Hippocrates ſcripſit, nosqꝫ ipſum expoſuimus in hęc
uerba ſcriptum: Quibus in urinaria fiſtula tubercula naſcuntur, ijs ſuppuratione facta & eruptio-
B ne, ſolutio.

58 *Quibus cerebrum aliqua ex cauſa concuſſum fuerit, neceſſe eſt ſtatim mutos fieri.*

Etiam in hoc Aphoriſmo in quibuſdam exemplaribus poſſumus inuenire uerbum, mutos, ſcri
ptum numero plurali, caſu accuſatiuo: in quibuſdam uero, mutum numero ſingulari, per modum
figuræ ſolœcophanis. Sed neqꝫ hoc loco quicquā ad præſentia refert, modo nouerimus ſæpe con
ſueuiſſe Hippocratem ab uno accidente notiſſimo, uocis amiſſione, nominare et oſtendere illos,
qui neqꝫ ullum alium motum ſeruant ſecundum electionem, neqꝫ quicquam omnino ſentiūt, ſed
iacēt eodem modo, quo apoplectici ſine ſenſu pariter & motu. Fit autem hoc & propter alias cau
ſas: nunc uero cōcuſſionis cerebri Hippocrates meminit ipſamqꝫ talem ait totius corporis diſpo-
ſitionem ſequi. Concuti autem hoc modo cerebrum contingit propter aliquem caſum totius cor
poris uiolentū ex locis altioribus factum. Tales enim caſus ſolent & in ſpinæ uertebris facere cō-
cuſſionem, quando ipſarum coagmētationes fuerint cōmotæ, & ſpinalis medulla, quæ in earum
cauitate continetur, laborauerit, ualdeqꝫ concuſſa periculum adduxerit, ne aliquis neruus eorum,
qui ab ipſa naſcuntur, abrumpatur: id quod non minus in ipſo quoqꝫ fit cerebro, & tanto magis,
quanto plus uacui loca habent, quæ ipſum circūſtant: magisqꝫ etiam in ſenioribus, quemadmodū
C in diſſectorijs tractationibus diximus. Cōtrahit aūt ſe uis animalis in ſeſe talibus diſpoſitionibus,
à motu periculoſo moleſtata, atqꝫ idcirco quieſcit. Proceſſuum uero non nulli quidē ſufficienter
tenduntur, quidam uero aliqua ex parte diſtrahunť. atqꝫ interim, donec ſe rurſus uis animalis col-
legerit, mutum atqꝫ immobile totū iacet, quod ita afficitur, animal. Si uero cerebrum auelli conti
gerit, aut aliquam eius partem conuelli: qui ita patiuntur, non amplius reſtituuntur.

59 *Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit. fames enim corpora ſiccat.*

Quòd omnia, quæ exiccant, ſint paſſionum humidarum remedia, manifeſtum eſt: ſiquidē con
traria contrariorum remedia ſunt. Quod autem & fames ex accidenti corpora exiccet, non eſt du
bium. Si quid enim defluat à corpore, ſicuti & antea(dixi) nec inſuper ab alimento ſuppleatur id,
quod fuerit euacuatū, neceſſarium eſt corpus effici ſiccius. Liquet enim ꝙ in cuiuſqꝫ animalis cor
pore prius illæ partes abſumuntur, quæ ſunt humidiores, qn̄ & ipſe defluxus idcirco fiat, quia cor
pus extenuatur, atqꝫ in uapores reſoluitur. idqꝫ duplici de cauſa, extrinſecus quidem ab aere ambi
ente: intus uero à calore natiuo. Quæ autem per hyemem latēt animalia, cum neqꝫ extrinſecus ca-
lefiant, & neqꝫ intrinſecus, uel nihil prorſus uel parum omnino diſſoluuntur: atqꝫ ideo non nul-
D la eorum ne alimento quidem ullo penitus egent, non nulla uero minimo prorſus. Poſt præſcri-
ptos Aphoriſmos alij duo ferè in omnibus exemplaribus inueniuntur, quorū huius libri expoſi-
tores ferè omnes meminere: quidā etiam ipſos expoſuere, ſed aliter, atqꝫ prius fecerāt, ne hoc qui-
dem ſolum adijciētes, ꝙ ijdem Aphoriſmi ſuperius ſint ſcripti. Nos uero in quarto commentario
illos expoſuimus, parum uerbis ab iſtis differentes. Alter enim eorum, qui nunc ſcripti ſunt, ſuper
fluo adiectum habet, Vt deuorare non poſſit, niſi uix. Alter uero contra nō habet uerbum, uix: ut
prior quidem ſit talis: ¶ *Si à febre habito, tumore non exiſtente in faucibus ſtrangulatio repente ſuperueniat, & non poſſit
deuorare, niſi uix, letale.* Secundus uero ſic. ¶ *Si à febre habito collum conuertatur, & deuorare non poſſit: tumore non exi
ſtente in collo, letale.* Priores uero, quos dixi in quarto horum cōmentariorum fuiſſe expoſitos, ita ſe ha
bebant: Si à febre habito, tumore non exiſtente in faucibus, ſtrangulatio repente ſuperueniat, le-
tale. Deinde, qui deinceps ſequitur: Si à febre habito collum conuertatur, & uix poſſit deuorare:
tumor non exiſtēte in collo, letale. Quod igitur in priore Aphoriſmo dictum eſt ſuperfluere, nūc
conſideremus. Etenim id fieri uidimus, ubi ægri omnino exitialiter à morbo haberentur. Quare,
ſiue nullo modo poſſint deuorare, ſiue uix, nō exiſtēte tumore in faucibus: (nam hoc licet perſpi-
cuò cognoſcere, ſi plurimum os aperiatur, et lingua uerſus mandibulam inferiorem prematur) in
tali, inquā, conſtitutione, ꝙ difficulter deuoreť, cauſam eſſe ſuſpicandū cōmunionem tunicæ, quę

ſubnata eſt ex partibus gulæ & gutturis interioribus. Nam oſtenſum eſt hanc cibo os permeante, E ipſam quidem trahi inferius, guttur uero totum retrahi ſuperius. Tumeſcente igitur in gutture inflammatione, nonnunquam quidem nullo modo, quandoq; uero uix uentriculum ſequitur attrahentem, atq; ob hanc cauſam uel nullo modo deuorant, uel uix.

60 *Vbi in toto corpore mutationes, & corpus refrigeratur, & rurſus caleſit, aut colorem alium ex alio commutat, longitudo morbi ſignificatur.*

Et hunc Aphoriſmum in quarto cõmentariorum expoſuimus, ijſdem ferè uerbis ſcriptũ, quibus & hic. Eſt em̃ ſcriptura talis: Et ubi in toto corpore mutationes, & ſi corpus frigeſcat, uel rurſus caleſcat, & ſi alius ex alio color fiat, morbi longitudo ſignificatur.

61 *Sudor multus calidus, uel frigidus ſemper fluens, humorem abduci, robuſto quidem ſupra, debili uero infra, ſignificat.*

Antea alium Aphoriſmum in quarto horũ commentariorũ expoſuimus hoc modo ſcriptum: Sudor multus calidus uel frigidus ſemper fluẽs, frigidus maiorem, calidus minorem morbum ſignificat. Et talium ſudorũ diximus eſſe diſpoſitionẽ, multitudinem humiditatis, quæ in ægri corpore continetur. Propterea igitur, qui nũc proponitur Aphoriſmus, abduci præcipit ſuperfluum humorẽ, robuſtis quidem ſupra, hoc eſt per uomitus: debilibus autem infra, quod & ipſum ſignifi- F cat per alui ſubductionem. Quòd quidem igitur ſemper ſit neceſſarium ſuperfluas corporis humiditates euacuare, planè eſt manifeſtum. An uero robuſtis ſupra tantum, debilibus uero infra, mihi dignũ uidetur animaduerſione. nam forte melius eſt, nõ hac ratione diſtinguere remediorũ uſum, ſed ut in tractatione curatiua de talibus omnibus fuit à nobis diſtinctum. Quare & hunc Aphoriſmum arbitror fuiſſe aſcriptũ. Poſt ſupraſcriptos Aphoriſmos, alij tres inueniuntur in pluribus exemplaribus, qui pariter & ab expoſitoribus ſcripti ſunt, & parum uerbis euariant ab illis, qui in quarto horum commentariorum habentur. Scribunt autem eos hoc modo: ¶ *Febres, quæcunq; nõ intermittentes, tertia die fortiores fiunt, periculoſæ: quocũq; aũt modo intermiſerint, ſignificãt, quòd nõ ſunt periculoſæ.* ¶ *Quibuſcunq; febres longæ, ijs uel tubercula, uel ad articulos dolores decumbunt.* ¶ *Quibuſcunq; tubercula diutina, aut in articulos dolores ex febre decumbunt, ij cibo pleniore utuntur.* Liquet aũt, quòd hi interiecti fuerunt, à prioribus nihil aut parum admodũ uerbis differentes: nos uero ipſos expoſuimus in quarto horum commentariorum.

62 *Si quis cibum febricitanti dederit: ut ſano robur, ſic laboranti morbus.*

Scribitur aũt & ſic Aphoriſmus: Si quis febricitanti cibum dederit, ſano quidẽ cibus eſt, laborãti uero morbus. Vtraq; uero locutio ab ea interpretatione, quæ ſecundum naturam eſt, ad eam, G quam cacozelon nominant, receſſit: neſcio quid ſibi uolentibus illis, qui ita libri finem tam uarijs modis diſpoſuerunt, non nulla quidem eiſdem uerbis ſcribentes, quibus ipſe antea uſus erat, non nulla uero paululum commutantes, aliqua uerò tota interponẽtes, ueluti hunc propoſitũ Aphoriſmum, qui neq; prope accedit ad Hippocratis interpretationem. Ipſe ſiquidem prius dixit: Non pura corpora quanto magis nutries, magis lædes. Et, ſi ex morbo cibum aſſumens aliquis non corroboratur, ſignificat corpus pluri uti alimento: Si uero cibum non aſſumente hoc fiat. ſignificat, quòd euacuatione indiget. & quædam alia huiuſcemodi, quæ germanam natiuamq; habent interpretationem. Qui uero propoſitum appoſuit Aphoriſmum, male æmulando, in cibo dixit: Qui ſano robur, hic laborãti morbus. Vult enim dicere cibum robur quidem in ſanis efficere, nocere autem ægris: uel, per Iouem, ſanis quidem augere robur, morbum uero laborantibus. Abſurde autem id interpretatus eſt, inquiẽs, cibum ipſum robur eſſe ſanis, morbum uero laborantibus: qui neque robur eſt, ſed roboris effectiuus: neque morbus, ſed morbi effectiuus, uel, quod rectius diceretur, auctificus.

63 *Quæ per ueſicam excernuntur, inſpicere oportet, ſi talia, qualia ſanis excernuntur. Quæ igitur minime ſimilia ſunt his, hæc morboſiora: Quæ uero ſunt ſanis ſimilia, hæc minime morboſa.* H

Omnia, quæ ſunt ſanis ſimilia in toto corpore, dictum eſt ab Hippocrate & in Prognoſticis & in omnibus alijs libris bonũ aliquod ſignificare: quæ uero diſſimilia, contrarium. Hoc igitur nũc conatur dicere, qui hunc compoſuit Aphoriſmum. Suſpicor enim neque hunc eſſe Hippocratis, coniectans ex ipſa elocutione, quæ non habet eandem cum Hippocratica formam, & ex dictis ipſis, quæ non æque ſunt, ut ipſius auctoris alia, exquiſita. Cum igitur inquit, Quæ minime ſimilia ſunt his, hæc morboſiora: quis non reprehenderet ipſum dicentem illa morboſiora, pro eo quod morboſiſſima? Nam uerbum, minime, cum quadam exuperantia dicitur, & multam ſignificat ad id, quod eſt prẹter naturam, euerſionem. Vnumquodq; enim, quod præter naturam eſt, quantum receſſit ab eo, quod ſecundum naturam, tantum habet prauitatis. Quẹ igitur minime ſunt ijs, quẹ ſecundum naturam ſe habent, ſimilia: ſunt ijs, quæ ſunt ſecundum naturam, maxime contraria, & ideo morboſiſſima.

64 *Et quibus deiectiones ſi ſtare permiſeris, & non moueris, ueluti ſtrigmenta ſubſiſtunt: & ſi pauca, paucus eſt morbus: & ſi multa, multus: ijs confert alui purgatio. quòd ſi aluo non purgata dederis ſorbitiones, quanto plures dederis, tanto magis nocebis.*

Per aluum exeuntia ſolet Hippocrates deiectiones ac ſubductiones ( Græce ὑποχωρήματα & διαχωρήματα

A διαχωρήματι)nominare:& propterea quidam hoc loco acceperunt eius ſermonem eſſe de ijs, quæ per aluum euacuantur. Verum his aduerſantur uerba illa, quæ in ſermone proponunt, ſi ſtare per miſeris, & non moueris. Hoc enim proprie conuenit humidis, atq; ideo alij rurſus de urinis eundẽ accepere ſermonem. Vtriq; uero rurſus diuiſi: aliqui ſcribunt, inſiſtunt: aliqui uero, ſubſiſtũt. Neutrum autem horum uerborum urinis repugnat, quia & per ea, quæ ſubſiſtunt, & per ea, quæ inſiſtunt, conſueuimus & præſentium, & futurorũ etiam aliquid cognoſcere. In alui autem excrementis, uerbum inſiſtere, competit quodam modo magis. Neque enim ſicut in urinis prompta eſt atque expedita ſubſiſtentiũ cognitio, ſic & in alui contingit excrementis. In urinis etenim & ipſum uas ex uitro factum oſtendit eorum, quæ ſubſiſtunt, naturam: &, ſi in alio uaſe etiam continerentur, poſſumus id, quod ſupernatat, abijcientes, ſola ſubſiſtentia relinquere: In alui autem excremẽtis, neutrum probabile. Rurſus id, quod deinceps dicitur, ueluti ſtrigmenta, ijs, quæ per aluum excernuntur, congruit: illis uero, quæ quouis modo urinæ inferuntur, ſiue ſuperius, ſiue inferius, non congruit. Nam quædam ſtrigmentis ſimilia per aluum ſæpius excernuntur: & ita ea non modo Hippocrates, ſed etiã alij medici nominare cõſueuerunt, nõ tamen in urinis. Hic igitur tam nominum, ꝙ uerborum uſus improprius oſtendit præſentẽ Aphoriſmũ interiectum fuiſſe. Adhuc au-
B tem magis, cum dicit his cõferre alui purgationem. neq; enim ſimpliciter, neq; quouis modo illi, cuius ſtrigmentis ſimilia alui excrementa ſunt, confert aluum purgare: ſicuti neq; ij, qui ita affecti ſunt neceſſario lædũtur in aliquo, ſi cibum acceperint. Videmus ſiquidem, cum alui inferioris excrementa biliosa fiunt, quædam ſimilia ſtrigmentis per aluum excerni, in quibus neq; omnes lædũtur, ſorbitiones accipientes, neq; prius eos purgare eſt neceſſarium, modo iam, quicquid bilis ineſt, fuerit euacuatum. Adhuc autem magis, ſi urinis aliquid inferatur, quod ſit ueluti ſtrigmẽta, purgare non conuenit. Accedit ad hoc, quòd difficile eſt formam agnoſcere, qualem eſſe uelit eorum, quæ ueluti ſtrigmenta inferuntur urinis. Verum qui hos Aphoriſmos interpoſuerunt, mihi uidentur ad hunc finem eos compoſuiſſe, ut ſermo confunderetur, tanquam ænigma quoddam, & multa indigeret inquiſitione, in qua ſeipſos eorum, quæ dicuntur, expoſitores conſtituentes, apud adoleſcentes laudem aſſequerẽtur. Quòd autem omnes obſcuri ſermones dent ſophiſtis garrulitatis occaſionem, fiet tibi in hoc Aphoriſmo manifeſtum. Quidam enim eorũ, qui eum expoſuere, aiunt nõ uetare Hippocratem, quin dentur ſorbitiones hoc modo affectis, ſed plures ſorbitiones, cum dicat, Quanto plura dederis, magis lædes. quaſi non etiam alij, quicunq; indigent ſorbitionibus, non lædantur à pluribus, uel quaſi non conſequatur ad illum, qui dicit, Quanto plura
C dederis, magis nocebis: putare ex paucioribus minorem fore læſionem. Veruntamẽ propter malum interpretationis modum, ſophiſtis datur facultas inueniendi ſolutiones, & magis quando licuerit addere aliquid uel adimere, & ſcribendo tranſponere, quod in obſcuris ſermonibus facere conſueuerunt. Statim enim in hoc Aphoriſmo quidam ipſum exponẽtes, coniunctionem, & adijcientes, quod alij ſequentis Aphoriſmi fecere principium, id huius finem conſtituunt, ut ſermo ita ſe habeat: Si uero aluo non purgata dederis ſorbitionem, quanto plures dederis, tanto magis nocebis, & quibus infra cruda deijciuntur, quanto uidelicet plura dederis, magis lædes. deinde aliud initium facientes ſcribũt, quòd, ubi atra bilis ineſt, ſi plus, maior eſt morbus: ſi minus, minor. Plures uero expoſitores aliter exponunt, & ſcribunt eo modo, quo ſubſcriptum eſt: ¶ *Quibuſcunq; cruda infra deijciuntur, atra bilis ineſt. ſi plura, maior: ſi pauciora, minor eſt morbus.* Dictum autem eſt antea, quòd et aliæ quædam ſcripturæ ſunt. licitum eſt enim in obſcuris unicuiq; pro arbitrio ſcribere, cum nulla lex ſit tranſcribentibus poſita. Sæpius autem non propter obſcuritatem, ſed propter ſermonis falſitatem coguntur aliquid addere prius inuentis, aut adimere, aut ſcripturam tranſponere: ueluti exempli gratia in hoc Aphoriſmo, cuius uerba primi expoſitores Aphoriſmorũ, ſicuti Herophilus Bacchius, & Heraclides ac Zeuxis empirici, in hunc modum ſcripſerunt: Quibuſcunq; infe-
D rius cruda deijciuntur, atræ bilis ſunt: ſi plura, pluris: ſi pauciora, paucioris. Quia uero hic ſermo particulare quiddam explicat, dictus autem eſt tanquam uniuerſalis, ideo præbuit dubitandi occaſionem: Sed id, quod dicitur, quantum ad uerba attinet, nullam habet quæſtionem, cum eorum ſcriptor uelit oſtendere, quibus cruda deijciuntur, in eorum inſtrumentis, quæ concoquendi uim habent, eſſe atram bilem, ex qua refrigerata deterius cõcoquunt: modus incoctionis eſt, qui à cruditate fit: cui flaua bilis contrarium agit. nam, quæ propter eam incocta remanent nidoroſa fiunt. Quidam uero & hunc ſermonem etiam de urinis dictum arbitrantur.

65 *Excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ, ſanguineæ, bilioſæ, & fœtidæ, omnes malæ. Cum uero bene excernuntur, bonum eſt, & per ueſicam: &, ubi aliquid ſecedens ſteterit non purgatum, malum.*

Et hic Aphoriſmus ſupra ſcriptus eſt, hoc modo: Excreationes in febribus non intermittentib. liuidæ, ſanguineæ, fœtidæ, omnes malæ: ſed, ſi bene excernuntur, bonum eſt, & per aluum inferiorem, & per urinas: Si uero aliquid per hæc loca excernitur, quod non conducat, malum. Nos uero ipſum expoſuimus in quarto horum commentariorum.

66 *Corpora oportet, ubi quis purgare uoluerit, fluida facere: & ſi ſupra, ſiſtere aluum: ſi uero infra, humectare.*

Et huius ſermonis pars prior fuit in præcedentibus ſcripta non adiecto uerbo, ſupra, & ſequentibus,

tibus,quæ quiſpiam uolens adijcere hoc in loco,rurſus ſcripſit Aphoriſmũ cum expoſitione,per E
quam uerus eſſet.Quòd autem ſit altera expoſitio uerior,quàm nos multa experientia inueſtigauimus,dictum eſt ſuperius in ſecundo commentariorum.

67 *Somnus,uigiliæ,utraq; modum excedentia,morbus.*

Et hic Aphoriſmus in quibuſdam exemplaribus fuit interiectus, qui prius dictus eſt totus eiſdem uerbis, præterquam in fine. hic enim morbus, illic autem malum ſcribitur, quæ ſcriptura eſt longe melior.

68 *In febribus non intermittentibus ſi exteriora frigent,interiora uruntur,& febris habeat,letale.*

Et hic Aphoriſmus imprudenter ſcriptus eſt,cùm melius ſupra dicatur ſine uerbis illis,& febris habeat.Nam,cum in principio dixerit,in febribus non intermittentibus,uana eſt rurſus in fine ſermonis adiectio,& febris habeat.

69 *In febre non intermittente ſi labrum,aut naſus, aut oculus, aut ſupercilium peruertitur, ſi non uideat, ſi nõ audiat,& iam debilis ſit:quicquid horum fuerit,mors propè eſt.*

Et hic Aphoriſmus antea dictus eſt, his uerbis : In febre non intermittente,ſi labrum,aut naſus, F
aut oculus,aut ſupercilium peruertitur,ſi non uideat, ſi non audiat, & iam debilis ſit:quicquid horum fuerit,mors propè eſt.

70 *A pituita alba,aqua inter cutem ſuperuenit.*

Quod dicitur tale eſt:Quibus in uaſis & in totius corporis habitu multa pituita alba fuerit aceruata,ijs aqua inter cutem(quæ leucophlegmatias ab alba pituita nomen habet)ſuperuenit.

71 *Ab alui profluuio,difficultas inteſtinorum.*

A communi uidelicet ſub audire oportet, ſuperuenit,abraſis paulatim inteſtinis,deinde in profundum malo ſubeunte, atq; ita ulceratis. Prius uero in Aphoriſmo legitimo melior ſcriptura eſt hoc modo : A ſincera deiectione, difficultas inteſtinorum. & nos hunc Aphoriſmum expoſuimus in ſexto horum commentariorum.

72 *A difficultate inteſtinorum,læuitas inteſtinorum ſuperuenit.*

Et hic Aphoriſmus eſt pars prius dicti,ꝑ hæc uerba: Qui lienoſi à difficultate inteſtinorũ corripiunt,ijs ſuperueniente longa difficultate inteſtinorũ,aqua inter cutẽ ſuperuenit,aut læuitas inte G
ſtinorum,& pereunt.Nos uero ipſum expoſuimus in ſexto horum commentariorum.

73 *A corruptione,abſceſſus oſsis.*

A cõmuni hic quoq; ſubaudiendum eſt, ſuperuenit. Vtrum uero ad oſſis corruptionem ipſius oſſis ſequatur abſceſſus, uel carnis circunſtantis, non manifeſtauit utrunq; aũt poteſt eſſe uerum.

74 *A ſanguinis uomitu,tabes,& puris purgatio ſupra.In tabe,fluxio ex capite:in fluxione, alui profluuium:in alui profluuio,aſtrictio purgationis ſuperioris:in aſtrictione mors.*

In pluribus exemplaribus,& apud plures expoſitores ſcriptum eſt:In ſanguinis uomitu corruptio. In quibuſdam tamen exemplaribus hæc habetur ſcriptura : In uomitu ſanguinis, tabes. Videntur autem & hæc ex pluribus Hippocraticis enunciationibus fuiſſe collecta,& corrupte compoſita,ab illis præcipue Aphoriſmis:In ſputo ſanguinis,puris ſputum & fluxus:cum uero ſputum retinetur moriuntur.

75 *Qualia fuerint ueſicæ aut alui excrementa,& ex carnibus,& ſicubi alibi à natura corpus exierit,ſi parum,paucus eſt morbus:ſi multum,multus:ſi ualde multum,letale eſt.*

Hic ultimus Aphoriſmus in multis exemplaribus ſcriptus eſt, in quibuſdam uero & alij adie- H
cti ſunt eodem modo, quo & illi omnes, quos decurrimus ex legitimis ita fraudolenter concinnati,ut non nulli eiſdem uerbis ſcribantur, non nulli parũ euarient,non nulli parua facta adiectione ſimiles ſint ijs,quos ſcripſit Hippocrates:quare ne ipſos quidẽ duximus adijciendos.nam neq; hic nunc propoſitus aliquid plus nobis oſtendit ijs,quæ ſæpius Hippocrates manifeſtauit.Sed & modus explicandi haudquaquam Hippocrati cõuenit. Nam, qualia ueſicæ fuerint aut alui excrementa, redditione indigent. Summa tamen (ut dixi) uera eſt.nam,ſi paruus ſit à natura exitus in quauis parte, minorem morbum:ſi uero plus,maiorem : ſi uero ad modum multus ſit à natura receſſus mortalem debemus morbum iudicare.

*Subſcriptus Aphoriſmus eſt in antiquis codicibus Græcis:& in tranſlatione ueteri adeſt expoſitio Galeni,quã hic poſuimus.*

APHORISMVS.

*In lethargo tremor,malum.*

GALENI EXPLANATIO.

Lethargia eſt apoſtema in puppi cerebri ex materia phlegmatica generatũ. Tremor igitur in ea malum eſt:ſignificat.n.materiam propter incontinẽtiam, ſui ad neruos motiuos deueniſſe, qui

à parte

A à parte poſteriori ſunt magis,ut dictum eſt alibi:ex cuius infuſione nerui ſunt remolliti:ut ſpiritu non omnino ſed aliqualiter deficiente, nec neruis,ut in paralyſi,omnino remollitis,uirtute regiti ua membra ſurſum ferantur. &, quia nerui remolliti non ſufficiunt dare membris ſufficientem & firmam ſedem & ſtabilem,iterum ſua grauedine deſcendunt:ex quibus motibus contrarijs fit tremor. Vel in lethargia fit tremor,quia materia uentoſitatis reſoluta,meningas et neruos,qui ab eis oriuntur,mouet & concutit:unde tremor fit.

### PHILOTHEI EXPLANATIO.

Lethargus paſſio eſt in cerebro conſiſtẽs, ex humida frigidaq; materia generationem habens, ex qua etiam difficilis expergiſcentia unà cum ſpiritus animalis imbecillitate prouenit.Cæterum cum febre debili paſſio hæc fit. Si igitur in lethargo tremor appareat,malum eſt,uel etiam periculoſum. indicat.n.tantam eſſe frigidam materiã, ut & dorſalis medulla particeps ipſius fiat: indeq; neruoſum genus ob repletionem ſpaſmo corripiatur.Alius quidam Aphoriſmorum explanator tremorem in lethargo malum eſſe dicebat,propterea quòd immodicam ſiccitatem ſignificet.

B *ET infra ſcriptum Aphoriſmum unà cum explanatione (quæ,quamuis ad Galenum referatur,minime tamen ipſi tribuenda eſt) in antiquo codice Græco in fine iſtius ſeptimæ particulæ inuentum, tibi traduximus. idem Aphoriſmus in ſexto epidemiorum ſectione quarta habetur,& à Galeno exponitur.*

### APHORISMVS.

*Aquæ potio & uigilia,uorax.*

### EXPLANATIO.

Hic ultimus omnium Aphoriſmus ſcriptus eſt. inueniũtur tñ in alijs libris alij quoq; Aphoriſmi poſt hunc ſcripti, qui Hippocratiſne,an Polybi, an alterius cuiuſdã uiri ſint,haud ſcio:ſcribuntur certe.Exponendum aũt eſt,quod & hic Aphoriſmus dicat.Ait em̃ ꝙ aquæ potio & uigilia βορόν & λαιμαργόν.i.uorax & edax eſt.Scribit̃ aũt non his tantũ uerbis, in alijs codicibus,ſed & alio etiã modo.Aqua uorax,uigilia uorax. Sciendum autẽ eſt aquam nutrimentũ eſſe nõ proprie,ſed per accidens.βορὸν em̃ proprie dicitur ipſum nutrimenũ:aqua aũt, frigida cũ ſit,tum calidã intemperiem in ſtomacho exiſtentem, tum inappetentiã ab illa intemperie prouenientem expugnat. nam aqua oblata ſtomachum refrigerat: dum aũt ipſe refrigeratur,contrahitur:dumq; contrahit̃ ac ueluti inſpiſſatur,alimentũ requirit:moxq;,dum appetit,cibaria ingerimus,quæ poſtea altera-
C ta ac in chylum redacta,per uenas meſeraicas in iecur aſportantur: illicq; ſanguinis naturã nacta, in totum deinceps diſtribuuntur corpus,à uena,quàm à caudicis ſimilitudine ſtelechiæan nominãt,nutritum. Nutrimentũ aũt eſt eius, quod iam diſſipatum ac deperditum eſt,reſtitutio.At uero etiam aqua poſt uigiliam ſumpta nutrimentũ eſt primaria ratione. Nam uigilia copus exiccat ac calefacit: frigidum aũt & humidum ſiccitati & caliditati contrarium eſt.epota ergo aqua corpus nutrit:nam,cum à ſiccitate & caliditate aſportetur & facile attrahatur,nutrimentum fit.

# GALENI ADVERSVS LYCVM, QVOD NIHIL IN EO APHORISMO HIPPOCRATES PECCET, CVIVS INITIVM, QVI CRESCVNT PLVRIMVM HABENT CALORIS INNATI.

D

## Iulio Alexandrino Tridentino interprete.

*Lycum non recte laudare, aut redarguere Hippocratem potuiſſe,quod ne elementa quidem artis ipſius tenuerit.* CAP. I.

CVM in Hippocratem nulla in ſe conflata hominum inuidia ſcripſerit Lycus, tum cuicũq; collibitum hoc eſt, longe adhuc minore eos onerandos inuidia exiſtimo,ſi qui,quæ perperam in illum congeruntur crimina,diluere ualens, ueluti apud utrorumq; libros in iudicio lecturos, defeſionem paret, præſertim cum, qui accuſat antequam ea,quæ dicuntur, diſcendo percipiat, audacius agit,qui uero defendit, in ueteris magiſtri placitis exercitatus ſit. Commentarios itaque ſcripſit quidem Lycus Hippocratis Aphoriſmos exponentes, utrobique autem hominis placita male accipit, & cum reprehendere, & cum eorum, quæ ab illo dicuntur, non nulla laudare ſe putat, nec minus,in quibus contradictionem molitur:nam, nec quæ ab eo laudantur, inter Hippocratis placita ponuntur, uerum

Lyci

Lyci commenta ſunt,& per quæ contradicit aperte ſeipſum prodit,Hippocraticæ artis ne elemẽ E
ta quidem tenere:cui uero elementorum ſcientia non adſit,multo is ſanè minus artis illius,aut eo
rum quæ ab illa ueniũt,tanquam ſyllabas nouerit.Itaq; ſi primus ego,aut unus demum eſſem,qui
cenſere Hippocratem dicerem ex calido frigido , humido ac ſicco animantium cõſtare corpora,
minus fortaſſe audacter Lycum accuſarem.quòd, ante quàm Hippocraticæ artis elementa tene-
ret,librorũ ipſius ſcribere enarrationes aggrederetur:neq; enim aut eos,qui alienis placitis nomẽ
dedere,aut ne principia quidem artis utilia agnoſcũt, explanare Aphoriſmos decet, ſed quod ab
ineunte ætate didicere, eius rurſus probant, aut damnant placita.Lycus autem Hippocraticæ ar-
tis ignarus adeo eſt,ut cum primas commentariorum eius in Aphoriſmos expoſitiones perlegiſ-
ſem,Deos teſtor omnes non potuiſſe me reliquę libri parti percurrendæ animum adhibere,adeo
mihi uiſus eſt à ueteris magiſtri ſententia aberrare. Cum uero amicorum cuidam uiſum fuiſſet,
ut ijs,quæ ab illo in Aphoriſmo, in quo ait, Quæ augentur plurimum habent caloris innati, ſcri-
pta ſunt,aures accommodarem , deinde alij etiam quàm plurimi me hortarẽtur,ut eius obiectio-
nibus reſponderem,hac ductus neceſſitate ſcribere iſta aggreſſus ſum.

*Hypotheſes pro multiplici corporum caliditate aſſeueranda.* CAP. 2. F

SEd,quò facilius,quæ ab illo dicuntur,& à nobis dicenda aduerſus ea ſunt,intelligant, qui fer-
re de re hac ſententiam debent,præfari pauca quædam oportet.Calorem ineſſe nobis in aper
to apud omnes eſt, utrum autem ex cordis , atq; arteriarum motu generetur is,an uero,quemad-
modum connatus cordi motus eſt, ad eundem etiam modum ſe habeat calor,diuerſa de his ſenſe
re medici . Cæterum,ſi quis eſt,qui perdiſcere ſcientifice cupiat animantium cunctorum genera-
tionis primordia calidum eſſe & frigidum, & ſiccum,& humidum,unum his cõſcriptum à nobis
librum habet,in quo,quid de hoc Hippocrates ſentiat,explicamus demonſtramusq;,cui quidem
titulum fecimus de elemẽtis ſecundum Hippocratem . ab hoc deinceps libri De temperaturis ha
bentur,in quibus,quæ nam corpora maiorem calidi elementi portionem, quæ'ue minorem ade-
pta ſint,oſtendimus,utq; hãc ipſam ob cauſam calidiora hæc,illa frigidiora natura facta ſint.nam,
cum uniuerſis nobis calidum inſit elementum à prima ſtatim origine innatum, quam ſortiti ex ſe
mine ac ſanguine menſtruo ſumus,diſtamus tamen inuicem,quòd magis minusq; alius alio cali-
dior reperiatur:ſunt tamen latitudini huic quidem tanquã termini præfixi,quos ultra ſi tempera-
mentum progrediatur,aut ægrotare nos, aut iam interire neceſſe ſit.ut enim plus iuſto refrigerati G
morbos contrahimus frigidos,ſic,cum extra ſanitatis campum excalefacti fuerimus, febrem inci
dimus.quinetiam febrium ipſarum quædam exactæ ſiccæ habentur,ſicuti exquiſiti ardores:quę-
dã uero ſumme humidę,quod genus illæ ſunt,quas Græci τυφώδεις uel ἑλώδεις appellant.Quòd
ſi alicui uocabula hæc non admodum placent,aut res alias iſtiuſmodi Nomenclaturis notare con
ſueuit , huic ego clarum oratione faciam , quales eſſe humidas febres dicam . cum à prima ſtatim
die ægrotantes ſudant, ſudoreq; ipſo aut parum, aut nihil leuantur , has ego humidas appello fe-
bres:ſiccas è diuerſo eas uoco,in quibus ſitis urget uehemẽs ac ſcabra uiſitur lingua,durataq;, tan
quam coriũ,cutis, plurimusq; in uniuerſo adeſt corpore ſqualor . Sunt & aliæ quædam febres to-
tius corporis tranſpiratione tangentibus infeſta , & ut pungi , & morderi uideantur, quod ipſum
etiam dupliciter fit.nam,quod ſentimus aereum ſiccum interdum nobis, interdum humidum,ue
luti uapor quidam,apparet,nec iam aliæ in ſanis reperiuntur temperaturarum inter ſe differentię,
quas à recta declinare temperie dicimus,quarumq; naturalem, quantum fieri à nobis poteſt, intẽ
periem corrigimus:quæ non poſtrema eſt ſanitatem tuentis artis pars. Quæcunq; uero tempera-
ta natura corpora inſtituit,in his nihil ſe huiuſmodi tangentibus offert,quippe quę exquiſita tem
perie conſtent,ut nec caloris defectum ſentiant,quod ſenibus,refrigeratisq; accidit,neq; uero ex-
ceſſum,quod his euenit,qui labore uſi ſunt nimio,aut æſtiuo ſe ſoli diutius expoſuere:ac multo ſa H
nè minus mordacitatis,aut moleſtiæ quicquam horum obtinet calor. Verum,ut, quæ dicuntur,
apertius intelligantur , optime à nobis fiet , ſi in memoriam balnea reuocabimus, in quibus, una
cum ſit temperatorum formula,multæ uiſuntur intemperies. una enim balnei intemperies ea eſt,
cum plus, quàm uſus poſtulat, repertum id frigidum fuerit:altera,cum ad moleſtiam uſq; excalfa
ctum ſit:tertia cum ne frigiditatem eius,nec caliditatem damnantes,uapore tum repletum eſſe di
cimus,hocq; illud nomine culpamus.Quis enim eſt,qui neſciat,qui modo homo ſit,temperatam
ſæpius non ſolum aquam reperiri, ſed ad eundem etiam modum aerem, atq; uaporem ; ſic etiam
temperatus in ipſis balneis lapis eſt, in quo nec caliditate nimia,nec frigiditate,nec ariditate,nec
iam humoris redundantia culpata,uolutari poſſumus.Igitur,quemadmodum in aqua, lapide, ae
re, eodem modo in uapore temperata ineſt caliditas. Qui quoties balneum temperie hac prædi-
tus repleuerit,qui lauantur balneum quidem huiuſmodi damnant,deq; eo queruntur,non tamen
frigidius id,ut calidius appellant.Quòd ſi huiuſmodi etiam aliquid acceſſerit,duplici balneũ cul-
pa notant, frigidum id eſſe dicẽtes uaporisq; plenum,quemadmodum rurſus nimio cum uapore
immoderate calidum.nõ tradamus itaq; hæc obliuioni,neq; præ nimia,quam non nulli oſtentãt,
ſapientia, quæ uniuerſim hominibus cunctis aperta ſunt,deſtruamus. Verum,quoties dicentem

A de animali audiemus aliquem, quòd huius temperatus calor ſit, intẽperatus illius, balneorum recordati cum erimus, non erit ad diuerſum quippiam dirigenda cogitatio, ſed illuc quò, quicunq; communes notiones integras ſeruant, quotidie cum in alijs permultis, tum uero in his, de quibus mentionem iam fecimus, balneis dirigunt, transferenda. calidum itaq; balneum eſſe inquiunt, ac frigidum: uaporis item plenum, ſiccúmue, atq; aridum, ſingulis his nominibus propriam rem aliquam ſignificãtes. Eſt igitur præter hæc, quæ retulimus, aliud quoddam balneum fumo plenum, & eo numeroſiſſimarum ſpecierum: ſiquidem alius ex roboreis lignis, ex ficulneis alius, oleaginisue conſtat, ac pro unaquaque arbore alius, atque alius. ſed his particulatim differentijs in præſentia non egemus: ſatis nunc ſit, ſi uniuerſo genere hoc unica nomenclatura atque intelligentia comprehenſo fumidum eſſe balnei aerem dixero, nihil hic nec calore illius, nec frigore damnato, aut etiam (ſi forte ita contingat) utrobiq; culpato, & quòd calidum balneum, & quòd fumidum ſit. uerum omiſſis iam balneis, age eorum, quæ quotidie domi nobis accidunt, recordare: quoties ædium, in quibus degimus, nunc humiditatem, nunc uero frigiditatem nimiam, aut caliditatem culpamus. Num igitur ad eundem modum domus aerem in magnis ſub Cane caloribus damnamus, & cum repletus is fumo fuerit, an potius hic quoque, quemadmodum in balneis, nonnunquam calore inter ſe nihil quidem diſtant? eſt autem horum alter hoc tantum unum, nempe calidus aer alter præter id fumidus etiam: ac calidus quidem aer lachrymas nunquam ciet, cum tamẽ fumidus, etiam ſi modice calidus ſit, id ſemper faciat. Quamobrem planum hoc in loco aperte factum eſſe arbitror mordacem caliditatem, non quòd magis excalfaciat, uerum alia quadam re, differre. Quocirca ſæpenumero, cum ad flammam, quæ fumo careat, maximam proxime acceſſerimus, adeo caleſcimus, prope ut aduramur, nullus tamen, quod euenire in fumo ſolet, morſum ſentit, nec lachrymas oculis mittit. miremur igitur ſi quis ſit, qui hanc in fumo quidem, ac flamma differentiam deprehendat, in corporibus uero noſtris interdum quidem uehementiſſimam caliditatem non perſentiat, qualis eſt flammę, interdum autem, qualis eſt fumi, mordacem infeſtamq;: nec ſane minore admiratione proſequamur, ſiquis animantium caloris intemperies, ijs, quæ in balneis, domibusq; reperiuntur, proportione reſpondere non concedat. Ergo, quemadmodum alius domus aer eſt fumidæ, alius calidæ ſolummodo, ad eundem opinor, aperte modum diuerſus ab his eſt, in quo accenſarum lucernarum multitudo ſit, aut facis, quæ fuliginem mittat: quo fit, ut fumidum alterum uocemus aerem, alterum fuligino ſum, nimirum eum, qui ex materia ad plenũ peruſta uenit: ſiquidem, cum utrunq; flammę excrementum ſit, hoc eſt inter fuliginem, ac fumum C diſcrimen, quòd fuligo terreæ eſt materiæ ad plenum peruſtæ exhalatio, fumus neque ex peruſta, aut terrea, uerum ex ſemiuſta, exq; humida terreaq; ſubſtantia compoſita materia fit. Quicunque igitur in Hippocratis placitis legitime uerſatus fuerit, is demum didicit eius, quam medici omnes uſitato iam uobulo ſenſum latentem tranſpiratione appellant, qua difflantur corpora, aliam quidem talem eſſe, qualis uapor eſt, aliam autem qualis aer ſiccus, atq; aliud eſſe, cum, quę uideri poſſunt, exeunt humiditates. *Deſiderantur quædam.*

*Lycum, dum calorum differentiam non agnoſcit, artium omnium conſtitutionem, quam Plato & reliqui Philoſophi docuerunt, euertere.* CAP. 4.

HÆc ſunt, quæ attulit Lycus uerba, dum probare nititur nihil alium ab alio differre calorem: quæ iam non quidẽ, dum à nobis refellantur, expectant, cum ipſa ſponte ſua corruant. quid enim tandem ait? Calor, qua calor intelligitur, nullam obtinet cum calore alio differentiam, ſi igitur nihil orationi appoſitum ſignificat hoc, qua calor intelligitur, ſubtrahamus inde penitus id: ſin aliquid notat, aperte calorem à calore ſecundum quidem hoc minime, ſed ſecundum aliud tamen aliquid diſtare monſtrat. nam, ſi nulla ratione differt, quorſum attinuit uerbum, qua addere? D ſin alia quidem ex parte differt, nam hoc differt, ſecundum id, quod differt, differentiæ intelligantur. ſi nanque, ſecundum quod unumquodq; dicitur, tantummodo conſideretur, iam rerum omnium diſcrimina tollas, licet animal, quatenus animal eſt, nihil ab alio diſtat animali: planta, quatenus planta, nihil ab alia diſtat planta: arbor, quatenus arbor, nihil ab alia differt arbore. num propterea animalium differentiæ non ſunt uolatile, pedeſtre, natatile, aquatile, terreſtre, aereum, aut mortale & immortale, aut rationale & irrationale, aut domeſticum aut ſylueſtre, aut timidum & audax, aut aliorum, quæ ſcimus, diſcriminum unumquodque? nam quid attinet plura referre? Sic etiam inter plantas arbor aliud eſt, aliud frutex, aliud ſpina, herba aliud, ſuffrutex etiam aliud. an potius cum animalia omnia, quatenus animalia, nihil inter ſe diſtent, tamen has quas modo retuli uniuerſas, ac præter eas permultas etiã alias animalis eſſe differentias uere quis dixerit? nec iam aliter dicendũ de plãtis. neq; enim planta à planta eo diſtat, quòd hæc quidem rationalis ſit, illa irrationalis, neq; quòd uolatilis hæc, pedeſtris illa ſit, neq; uero ſecundum aliquam earum, quas modo enumerauimus, differentiam. quemadmodum ſane nec animal ab animali differt, quòd hoc quidem frutex ſit, illud ſpina, hoc arbor, illud herba, hoc ſuffrutex ſit, illud cedrus, uerũ plantarum potius generi huiuſmodi attribuitur ſectio. Quinetiam morborum differẽtias Lycus ipſe plurimas colligit. atqui morbus à morbo, quatenus morbus, nihil differt, ſicuti nec ſympto-

ma à ſymptomate, quatenus ſymptoma. horum tamen nihilominus differentias ſcribere aggredi E
tur Lycus, ſicuti lateralis etiam doloris, ac aliorum morborum omnium. atqui laterum dolor, qua
dolor laterum, à laterali dolore alio minime diſtat: cum tamen inter hos alius ſit, qui dolorem ad
iugulum uſq;, alius, qui ad præcordia extendat. ad eundem modum alius eſt, in quo infectum co-
lore aliquo ſputum uiſitur, alius huic oppoſitus, in quo nihil expuitur, qui ἄπτυστος à non nullis uo
catur, id eſt ſputo carens, aliæq; præterea differentiæ plurimæ ſunt, ſecundum quarum diuerſita-
tem diuerſam etiam eſſe curationem cõtingit: quas tamen ipſas, ac febrium præterea ipſarum dif-
ferentias nobis nititur Lycus tradere. atqui, ſiue illæ ob caloris redundantiam, ſiue ob qualitatis
mordacitatem fiant, febris cum febre, qua quidem febris eſt, nulla conſtituetur differentia. Quam
obrem orationem ineruditam adeo perquirit Lycus, ut nõ ſentiat artes ſe inde planè omnes euer
tere. ſiquidem in rei uniuſcuiuſque differentijs noſcendis artes conſiſtunt. de quo Plato etiam in
Philebo prolixius inter ipſa ſtatim libri initia diſſeruit, nec ab illius diſceſſerunt opinione Ariſto-
teles, Theophraſtus, & Chryſippus, & Mneſitheus, ac nullus quidem eſt, qui non eadem in opere
De arte diſſerat de hac oratione. uerba porrò, quę primum De artium conſtitutione Plato attulit,
ad hunc ſe habent modum. Socrates. Vna quidem, quæ ore egreditur, in nobis uox eſt, ac multi-
tudine rurſus infinita tum omnium, tum uniuſcuiuſq;. Protarchus. Quid ni? Socrates atque ex ho F
rum neutro ſapientes reddimur, neq; eo quòd infinitum illius ſciamus: neq; uero, quòd unum, ue
rum quòd, quot qualiaq; ea ſint, nouerimus, id eſt demum, quod noſtrum unumquenq; gramma-
ticum reddat. Protarc. ueriſſime dicis. Socrat. nec iam muſicum quod faciat, diuerſum ab hoc eſt.
Protar. quónam modo? Soc. uox utique, quòd ad artem illam attinet, una in ea eſt. Prot. quid ni?
Socrat. ponamus autem duo, graue & acutum, ac tertium præter hæc æquitonum, an aliter tibi ui
detur? Protarch. ita cenſeo. Socrat. non tamen propterea edoctus adhuc probe muſicam fueris,
cum hæc ſola ſciueris, nec niſi ad plenum (ut ita dicam) ea teneas, quicquam egeris. Prot. non ſa-
nè. Soc. uerum id tum amice aſſequere, cum uocis, quod quidem ad eius ſpectat grauitatem, acu-
menq;, quot ſint numero interualla, ac qualia, & interuallorũ terminos apprehenderis, tum quæ-
cunque ex his ipſis factæ compoſitiones fuerint, quas, cum, qui ante nos fuere, perſpexiſſent no-
bis, qui illos ſequimur, uocandas reliquere harmonias. Nec minus in corporis rurſus motionibus
alias ineſſe huiuſmodi affectiones cenſent, quas ipſas numeris dimenſas oportere aiunt rythmos,
menſurasq; appellare, ſimul etiam illud intelligendum ad hunc eſſe modum in re omni de uno ac
multis in ſimul conſiderandum. cum enim hæc ipſa hoc apprehenderis pacto, tunc ſapiens euaſi-
ſti: cumq; rem quamcunq; aliam hoc modo conſideratam tenueris, ſic demum in hoc factus pru- G
dens es. Ac ſanæ quidem mentis auditoribus ſatis hæc fuerat ex Platone audijſſe pro artium uni-
uerſarum conſtitutionis indicatione. neq; enim fieri poteſt, ut uel ſolius rei artifex quis ſit, niſi re-
rum prius differentias teneat: non tamen ab re fuerit, ſi, quemadmodum Plato non contentus ſo-
la ſermonis ſumma, in exemplum præter hæc claritatis gratia addidit grammaticam ac muſicam,
ita nos exemplum quoque afferamus unum, artis quidem pictoriæ, ſed cui ſubiecta colorum ma-
teria ſit. nempe enim hoc etiam in loco affirmemus, licet inter colorem & colorem, qua color eſt,
nullum eſſe diſcrimen, exq; hoc uniuerſas eorum differentias tollamus, id quod Plato etiam tan-
dem ipſe in Philebi notauit principio. cum enim uoluptates diſtinxiſſet Socrates, nec eas, qui cũ
eo diſſerebat, inter ſe diſtare omnes concederet, quatenus uoluptates ſunt, ſimillimasq; eſſe illas
diceret: huic iſtius rationi uerbis his obuiam ait Socrates: Etenim inter colorem etiam et colorem
ô uir diuine, ſecundum hoc nihil diſtat, quatenus quidem color horum unuſquiſque eſt, omnes ta
men albo nigrum præter id, quòd diuerſum ab eo ſit, etiam contrarijſſimum eſſe ſcimus. quin eti
am figura omnis cum alia ſecundum idem genere una eſt, illius tamen partium quædam oppoſi-
tiſſimæ ſibi inuicem ſunt, quædam diuerſitatem inter ſe obtinent infinitam: ac permulta etiam a-
lia ſic ſe habere comperiemus. quare noli fidem rationi huic adhibere, quæ unum contrarijſſima H
omnia faciat. hæc ſunt fermè eius de coloribus, ac figuris uerba. in quibus uero de uoluptate diſpu
tat, ſic habent: Voluptate quidem affici dicimus & proteruientem, & modeſtum, nimirũ hoc iſto
quòd modeſte agit: uoluptatem etiam ſentire inſanum dicimus, inſanarumq; opinionum, ac ſpei
plenum, ac prudenter agentem, eo ipſo quòd prudenter agat: nec ſanè merito pro inſano habea-
tur, ſi quis uoluptates has ſimiles inter ſe eſſe utraſque dixerit. Cæterum, quemadmodum uolupta
tum differentias uerbis his Plato breuib. demonſtrauit, plenius aũt eas per uniuerſum librũ expo
ſuit, ſic artium in duobus libris diſcrimina explicuit, Sophiſta, ac Politico. Quid igitur? Scientia-
rum ac uoluptatum differentiæ erunt plurimæ, ac colorum præter hæc figurarumq;, uociſq; tono
rum, tum etiam ætatum, horarũ, regionum, morborum, rerum denique aliarum omnium, in ſolis
uero calidis, aut nullæ omnino erunt, aut quæ cognoſci ab hominibus non poſſint? Cæterum Ly
ci ratio hæc unius (ut ipſe quidem exiſtimat) caloris, re autem uera rerum aliarum omnium diffe-
rentias tollit, ſiquidem rationis uis huius eodem omnibus modo conuenire poteſt. eadem enim
de humoribus quoque ipſis deinceps dicam, nimirum nihil eos diſtare inter ſe, quatenus humo-
res ſunt. in quo uero inſigniter præter alia peccat, hoc eſt, quòd artes etiã uniuerſas de medio tol-
lit, quippe quæ ex ſpecierum conſtituantur differentijs. & Plato quidem, cum prius De artium
conſtitutione

A conſtitutione in ſumma dixiſſet,exemplo deinceps rationem aperuit.dum oſtendit, quemadmo-
dum cognitis demum conſtituatur uocum differentijs grammatica ars. at Lyci ratio tum hanc,
tum cum illa pariter muſicam tollit,aliasq; præterea omnes,dum uidelicet uocis huius, quatenus
hoc aliquid intelligitur, unicam cenſet eſſe differentiam.uideto igitur, quo modo prius quidem
grammaticam artem, deinde uero alias quoque omnes ratio ipſius tollat.Impoſſibile uidetur mi-
hi,ac nulla fieri ratione poſſe,uocem hanc,quatenus intelligitur,conſideranti,ut cum alia uoce ſe-
cundum quidem pronunciationem ipſam, differentiam habeat,cum tamen proprietate quadam
differat,nempe qualitate, quæ in pronunciatione ponitur. Quæ ſane ratio eadem undecunq; eſt,
atq; illa, quæ inter prima Lyci uerba ſcripta eſt, ijsq; ipſis illius uerbis omnibus conſtat, uno tan-
tum caloris uocabulo in uocis nomen mutato,ut ſi ualida illa futura,hæc quoque ſit:at ualida hęc
non eſt:neq; igitur illa erit:niſi forte Lyci populares uocem ε,non iam diuerſam ab ο eſſe exiſtima-
uerint,nec uocem ο,ab ω differre. ſin has quoq; ipſas diuerſas inter ſe eſſe fatebimur,præterq; has,
α,ι,υ,tum reliquas quaſcunq; literas, hæ quidem quatuor & uiginti erunt.quæ uero illarum diffe-
rentias nouit ars,eſt grammatice:ſicuti muſica quoque ipſa uocum acumen,ac grauitatem callet,
quas tamen ipſas quoque nihilo ſane minus Lyci ratio tollit.uox enim, quatenus uox eſt, à uo-
B ce non diſcrepat, cum uocis tamen mediæ ſonus, ſicuti extentæ, mediarum tono acutior,ita eius,
quæ prope mediam eſt,tono grauior ſit:ac rurſus inter has ipſas uocis extētæ ſonus tono ſub prin-
cipalis mediarum acutior, eius uero,quæ prope mediam eſt,grauior ſonus hemitonio tertiæ diui-
ſarum,horumq; deinceps acutiores alij, alij grauiores, atq; alij deinceps, quouſq; ad acutiſſimum
omnium, grauiſſimumq; ſonum perueniamus. Quæ ſane omnia non animaduertit à ſe optimus
Lycus tolli,dum dicit,Impoſſibile mihi, nec ulla ratione fieri poſſe uidetur, calorem hac certe ra-
tione conſideranti, qua intelligitur, nempe ſecundum calefactionem,uti ab alio item calido diffe-
rat.mirum uero, ni, dum inter colorem quoque, qua color eſt,differentiam eſſe ullam negat,pin-
gendi artem de medio tollat,quæ rubrum,album,nigrum,flauum, atq; alios id genus colores ſub
oculos ponit.magis ſcilicet perſuadebit,quæ de coloribus affertur ratio,quàm quę dicta eſt de ca-
lido.calidum enim à calido diſtare quidem,non tamen adulterum alteri contrarium eſſe dicimus:
colorem uero à colore non diſtare ſolum,ſed etiam albo oppoſitiſſimum eſſe nigrum.

### *De colorum & humorum differentijs aduerſus Lycum.* CAP. 4.

DIcet hic Lycus,quo nam tandem fieri modo poteſt,ut color,qua color intelligitur,colori cō-
C trarius ſit? & uere quidem (ita me dij ament) exiſtimabit colorem,quod quidem ad colo-
rem attinet,colori contrarium nullum eſſe.uerumtamē,quemadmodum uerum hoc eſt, ſic etiam
illud nempe nigro album non ſolum differre, ſed hactenus etiam differre, ut contrarijſſimum illi
ſit.Et quonam tandem pacto fieri poteſt, dicent fortaſſe ij,qui Lyco omnia deferunt,ut idem unū
ſimul ac contrarijſſimum ſit, ſicuti in nigro & albo? quibus hoc ſaltem dicemus,ut,ſi quidem im-
poſſibile eis uidetur idem ſimul cum nigro album eſſe, ſimul etiam illi contrarium, alterum horū
eligant.Nam Plato,quemadmodum ſane & Ariſt. & Theoph.fieri poſſe exiſtimat,alterius ab al-
tero cum genere idem ſit,tantam tamen haberi ſpeciei differentiam,ut contrarijſſimum ei ſit.at ij,
ſi non ſermonem uerum eſſe utrunq; cenſent,manifeſtiorem eligant.porrò manifeſtius eſt,quan-
to id etiam magis apud omnes in confeſſo eſt, nigro contrarium eſſe album. quòd ſi uerū hoc eſt,
uerum autem ſermonem utrunq; eſſe poſſe negant illi, & qui nigro contrarium eſſe album dicit,
& qui idem non ſane recte exiſtimant,cum à nigro quatenus color eſt,nihil differre album dicūt,
Atque is quidem,qui in Platonis libro cum Socrate una diſputat,uenia fortaſſe dignus ſit,dum à
diſſecanda in differentias uoluptate Socratem prohibet. nuſquam enim iſtiuſmodi adhuc inue-
niebatur liber,qui fieri poſſe doceret,ut,tametſi multa multis genere eadem eſſent,eouſque tamē
D differrent, ut contrarijſſimam ſibi inuicem ſpeciem, naturamq; obtinerent. cum uero ſcriptus ali-
quando à Platone Philebus ſit,in quo rei docet ueritatem,ſi quidem librum hunc Lycus nunquā
in manus legendum ſumpſit,hominis doctrinam ſuſpicio: ſin,cum legiſſet,non intellexit,tamen
ingenij perſpicacitatem demiror. quòd ſi,poſtquam intellexiſſet, perſuaſus inde non fuit, fœlix
eius iudicium agnoſco.Prò Deum immortalem,reperietur aliquis,qui dialectica ipſa ne à limine
quidem ſalutata ſermones interroget? Græcum tu aliquem inuenias medicum, grammaticum,
rhetorem,philoſophum,alium omnino quempiam,qui modo literis incumbat,qui Platonis non
legerit Philebum? quanquam quid Philebum dico? neq; enim in eo ſolum propoſitam rationem
edocuit Plato, ſed in libris multis etiam alijs mentionem de hoc fecit: ex quibus unum ſaltem o-
portuerat optimum Lycum euoluiſſe, eum, qui ſermones perquirere ſcientificos ſtudebat: cum
turpe ſit eum,qui Hippocratem redarguere conatur,& ſermones interrogat,(ut ipſe,quidem exi-
ſtimat) quod uolunt, perficientes, uideri ne prima quidem tenere eorum,quæ inter philoſophos
tractantur.Cæterū admirandum ſane de humoribus exemplū attulit.hoc eſt enim,quod uult qua-
tenus humores omnes ſunt, nihil eos inter ſe diſtare:ſecundum quòd autem ij quidem acidi ſunt,
illi uero acerbi,ij ſalſi, dulces illi, ſecundum hoc differre, in quibus ſuam ipſe uocem ignorat.cum
enim qua humores differūt,dicat,arbitratur inde ſe nullum eſſe in his diſcrimen probare,fruſtraq;

horum differentiam Hippocratem attuliſſe, fruſtra etiam uniuerſum de ſuccis opus conſcripſiſſe B
Theophraſtum. atqui uocabulum quoq; hoc ſuccus humoris differentiam quandam præ ſe fert:
quæ item, tametſi humoris differentia quædam ſit, nihilominus in plures ſecari poteſt differenti-
as alias. Verum nihil ſanè admiratione dignum ſit Lycum, qui eouſque rerum ignarus eſt, ut pu-
tet aſtringentem in aceto ineſſe qualitatem, hanc aduerſus Hippocratem auſum fuiſſe contradi-
ctionem ſcribere. quæ enim tam ſunt manifeſta, Anazarbeus quoq; Dioſcorides nouit, tum qui-
cunq; de materia commentarios ſcriptos nobis reliquere, in quibus alia quidem ſalſa appellant,
alia ſalſilaginoſa, alia amara, alia dulcia, alia auſtera, alia acerba, alia adſtringẽtia, alia acria, alia aci-
da. at eminẽtiſſimus Lycus, aut quod inter acidam aſtringentemq; qualitatem diſcrimen ſit, peni
tus ignorat, aut guſtandi amiſit uim, prorſus ut nullam humorum differentiam percipiat. apparet
enim eum non alium ex aceto, quàm ex pyro, aut meſpilo aliquo, aut pomo, aut cydonio ſenſum
capere. atqui omnes homines ex pomis quædam acida uocant, quædam aſtringentia, non nulla
dulcia ſicuti mala quoq; punica, opinor, tum acida, tum adſtringentia, tum uero dulcia appellant.
at in uinis adſtringens qualitas ab acida ſeparata, ut bonitas à uitio, eſt, quorum, quæ adſtringen-
ti qualitate prædita ſunt, generoſa ſunt, acidum uero ſecundum naturam nullum: quin, ſi quid his
uel parum acoris acceſſerit, continuo ut in acetum mutentur, fore ſuſpicamur. fortaſſis igitur neq; F
oxylapathum neque oxalida Lycus à lapatho & lactuca diſtinxerit, quibus ut aſtringentis quali-
tatis ne minimum quidem, ſic acidæ plurimum certe utriſque ineſt. Mirum igitur profecto ſit, ſi,
cum ab acida qualitate denominata iſta ſint, nihil illius acetum participet, quod ὄξος Græcis dici-
tur. ita fit, ut, qui ne communes quidem ſenſus integros ſeruat Hippocratem accuſare Lycus au-
deat. itaque multo ante quæſtionem nouit, qua naturales de humorum numero tractant. ſecun-
dum enim hoc nihil uidetur inter humorem, & humorem diſcriminis eſſe, quatenus quidem hu-
mor eſt. ſcirem igitur perlibenter, cui nam tandẽ rei differentiæ conueniant hæ, dulcis, acidi, acris,
amari, ſalſilaginoſi, ſalſi, acerbi, auſteri, aſtringentis, pinguis. nam, ſi humorum differentię nõ ſunt,
erũt fortaſſe aut uocum, aut colorum, aut odorum, aut tactu notæ hæ nobis fient, cum præter hos
ſenſus teneamus alios nullos, ſed quinq; in uniuerſum ſint, guſtus, auditus, uiſus, olfactus, tactus,
&, ut res alias ſenſibiles ſenſibus alijs, ſic humores guſtu dignoſcamus. porrò, ſicuti in humoribus
differentiæ inſunt multæ, ſic etiam in ſenſibus: qui tamen, qua ſenſus ſunt, nihil diſcrepant. uerum
Lycus egregiè ſcilicet in dialectica inſtructus, non permittet, ut aut humorum, quas diximus dif-
ferentias colligamus, aut ſenſuum, quas tamen nouere omnes, aut etiam colorum, nempe album, G
nigrum, fuſcum, flauum, fuluum, rubrum, puniceum, cœruleum: quando nec color à colore, qua-
tenus quidem color eſt, diſtat. Delirant itaque medici pariter ac philoſophi omnes, qui putant co-
lorum quidem eas eſſe differentias, quas diximus, humorum autem acidum, amarum, acre, tum
quaſcunque paulo ante retuli, ſicuti ipſorum quoque ſenſuum: cum nec color à colore, quatenus
color, neque à ſenſu ſenſus, neque ab humore humor diſcrepet, quo ſanè pacto nec à febre febris
differt, quippe nec à calore calor diſtat. Ergo planè deſipiunt medici, quicunq; febrium differen-
tias tradidere multas, ardentem, lipyriam, hepialam, typhodem peſtilentem, hemitritæam, quoti-
dianam, tertianam, quartanam. Quin Lycus etiam ipſe febrium alibi differentias ſcribit, ſicuti alia-
rum quoq; rerum ferè omnium.

*De flammæ differentijs.* CAP. 5.

QVid igitur in mentem illi uenit, ut nunc diſſectionis in proprias cuiuſq; differentias obliui-
ſceretur, adeo ut nec in ſuccenſo ex paleis igne, cuiuſmodi ad fabrefaciendum aurum uti ſo
lemus, ullam ineſſe differentiam exiſtimet, qui tamen ab ijs, qui materias diuerſas ſortiuntur, dif-
fert: nam, tametſi ab igne, ignis duntaxat, qua ignis eſt, nihil differat, maioris tamen ac minoris ra
tione differt: cum fieri poſſit, ut alius alio uehementior, infirmiorq; ignis ſit, & eum quidem, qui H
ex paleis conſit, eſſe inualidiſſimum arbitratur, ad aurumq; conflandum appoſitum ait: liqueſie-
ri enim ac diffluere, ſi uehementiorem experiatur flammam. Enimuero optime Lyce, dixerit for-
taſſe ei quiſpiam: ſi, quo modo flammæ generentur, naturales philoſophos quærentes audiſſes,
earum, opinor, differentias intellexiſſes. itaque nos, quàm poterimus breuiſſime, pręciſum ſermo
nem tibi de his non paruum explicabimus. Vidiſti, opinor, materiæ, quæ comburitur, extra latio-
nem fieri quandam particulis inter ſe diſperſis, quas inter aer quidam interceptus neceſſario
quidem concaleſcit, non tamen exiguam obtinet ſecundum magis minuſq; differentiam: tum
corporum, quæ ſurſum feruntur, non in unaquaque flamma æqualia uiſuntur ſpacia, quo etiam
modo exhalationis natura ipſius diuerſa eſt. uerum tam magnitudine & paruitate inter ſe diffe-
runt, quæ ex combuſta materia exiliunt particulæ, quàm denſitate etiam, ac raritate, tum quòd ſe
muſtæ hæ ſint, illæ uero ad plenum aduſtæ, tum uero in uniuerſum, quòd hæc magis, minus illa
correpta igne ſint. Cum igitur tanta in his differentia appareat, tum uero, qui illa excepit aer, in-
terdum magis, interdum etiam minus concaleſcat, arbitror diuerſitatem neceſſario ingentem, ac
non paruam eſſe flammæ differentiam: nam miſtionis inæqualitas eſt, quæ differentiarum faciat
multitudinem.

A *Quæ de triplici calore attulerit Lycus aduerſus* Hippocratem. CAP. 6.

CÆterum, quemadmodum temere de igne pronunciauit Lycus, ad eundem etiam, opinor,
modum aberrat, cum, poſtquam tripliciter calidum multum accipi dixiſſet, unumquodque
ſignificatorum enarrat. Etenim aliter calidum, inquit multum ſecundum ſubſtantiam, aliter ſecun
dum qualitatis intenſionem accipitur, atque aliter ſecundum functionis propriæ robur. ſed nec
ſecundum ſubſtantiam multum ineſſe in his, qui creſcunt, calidi, utpote in exigua corporis mole:
neque ſecundum qualitatis incrementum, quando calidius, quàm quod in uigentibus ætate ſit,
haudquaquam appareat: in ſolo tamen functionum propriarum robore eorum, qui creſcunt, ex-
cedere calidum concedit, impropriè tamen dici. Sunt porrò, quibus hæc oſtendit plurima eius
uerba: uerum ego more meo facturus uideor, ſi, quod in in ſuperioribus feci, nunc quoq; faciam:
nam & illa complura cum eſſent, nõ omnia adſcripſi, ſed opportuniſſima quæque elegi. Ad eun-
dem igitur modum nunc quoq; faciamus, ac, quæcunque ex illis ad propoſitum maxime confer-
re uidebuntur, exaremus hic. Et alterum quidem ſermonem hoc concludamus fine. Nunc ad reli-
quum tranſeamus, etenim meminiſſe debetis duplicem me ſtatim ab initio propoſuiſſe quæſtio-
nem, alteram, an recte Hippocrates uerbum innatum addiderit, alterã, an recte dictum ab eo ſit,
B plurimum ineſſe in ijs, qui creſcunt, caloris. atq; alteram quidẽ queſtionem cum abſoluerimus, ad
eam, quæ reſtat, ueniamus, incipiamusq; diſquirere, an dictum recte ſit, plurimum in ijs, qui cre-
ſcunt, caloris ineſſe. Itaque in comparatione alterius calidi cum altero tria ſunt, quæ in diſquiſitio
nem ueniant, plurimumq; inter ſe diſtantia. primum quid ſit, plus aliud alio calidum eſſe: alterum
quid, aliud alio calidius: tertium quid, aliud alio calidum ualidius. Si quis igitur à nobis quærat, cu
iuſmodi ſit, quod plus, aliud alio calidum eſt, quod tale proportione ſit reſpondere debemus, quo
modo etiam interroganti, quale nam ſit, quod alterum altero pus humidum eſt, reſpondebimus.
nam, quemadmodum hic interrogatio primum in id, quod dictum eſt, tendit, par eſt, ut nihil re-
ſpondeamus aliud, quàm hoc unum, nempe id, quod ſubſtantia ſuperet, ſiquidem plus humoris
amphoram dimidio continere dicimus: ad eundem etiam in calido modum, ſi quis hac eadem in-
terrogatione perquirat quale nam ſit, quod plus altero calidum eſt, nihil ſanè aliud reſpondere
conueniet, quàm quod ſubſtantia plus ſit, nimirum eo quòd plus in eo ſubſtantiæ ſit, & maiorem
capiat locum: ac nihil ſanè prohibet, ut in eodem & plus inſit calidi, & minus tamen caloris, æquè
ac humidum, quod plus ſubſtantia eſt, minus tamen eſſe diffuſum poteſt. Ergo ad interrogatio-
nem hanc recte hoc pacto reſpondebimus. Rurſus, cum hoc quæritur, cuiuſmodi ſit, quod alte-
C rum altero calidius eſt, recte dicemus, quod intenſiore caliditate eſt, etiamſi in minore ſubſtantia
reperiatur. Quemadmodum enim, cum quis interrogat, quale nam ſit, quod alterum altero candi
dius eſt, non ſanè perperam reſpondemus, cum, quod qualitate candida intenſiore ſit, dicimus:
quo ſanè modo, niuẽ, etiamſi exigua eius ſit quantitas, quocunq; alio albo candidiorem eſſe affir
mamus. ſicuti quoq; ad interrogantẽ, qualenam ſit, quod altero humidius eſt, recte reſpondemus,
quod fuſum magis ſit: uti aqua, melle ac pice humidior, etiamſi exigua admodũ aquæ ſubſtãtia ſit,
mel autem & pix longe uincant: ſic etiam de calido interrogati, quale ſit, quod alterum altero cali
dius ſit, recte reſpondemus, quod caliditate intenſiore ſit: cuiuſmodi ignis habetur, licet in exigua
id ſubſtantia conſideretur, alterum autem, quod cum hoc comparatum tepidius calidum eſt, ma-
iorem, quàm hoc, ſortitum ſubſtantiam ſit. & hoc quidem pacto ad hęc reſpondemus. ei uero, qui
quærit, quale nam ſit alterum altero ualidius calidum, non eadẽ erit, ſicuti prius parata reſponſio,
cum neq;, quod caliditate intenſiore ſit, neq; quod in ſubſtantia ſpectetur maiore reſpondere de-
beamus, ſed quod operis perfectione excellat. Cæterum, quod dico, ad hunc ſe habet modũ. mul-
ta uiſuntur caloris opera, quippe qui alia fundat, alia congreget, ac ualde plurima tranſmutet, at-
que (ut priuatim dicamus) in corporibus noſtris alimentum in uentriculo concoquit, atq; inteſti-
D nis, confectũq; id in corpus deducit, ad ipſumq; immutat, noſtriſq; inoleſcere id corporibus facit,
concoctione nimirum, atque augmento. Ergo alterum altero ualidius dicetur calidum, quod iſta
præſtare magis poterit, atque hoc non id ſemper eſt, quod aut qualitate intenſiore ſit, aut ſubſtan
tiæ plus habeat. ſæpius nanq; minore præditum ſubſtantia, ac caliditate minore perficiendo ope-
ri efficaciſſimum reperitur. ſicuti enim antea dicebamus, nõ quod intentũ maxime, ſed quod ma
xime commenſuratum ſit, ut proprium nobis opus præſtet, ualidius eſt: quando, quod inſigniter
calidum fuerit, interdũ etiam nocumentum operi inferat: cuius rei ſatis eſſe argumento poſſunt,
quæ prius de calidi proprietate expoſui. Cum hæc ita ſe habeant, ſintq; tria, ſicut prius diximus,
quæ in comparatione alterius calidi cũ altero, in diſquiſitionem trahantur, hocq; in loco Hippo-
crates, quæ creſcunt, plurimum habere calidi innati dicat, de tribus unum fateamur, neceſſe eſt.
aut enim proprie uoce hac uſus falſi aliquid dixit: at ſimul & male uoce hac utitur, & falſi aliquid
dicit: aut, ut uerum aliquid dixerit, uoce tamen uſus falſa ſit, neceſſe eſt. Nam, ſi plurimũ in ijs, qui
augẽtur, ſecundum ſubſtantiam ineſſe calidi dicat, ueluti ſiquis plus, q̃ amphora continere humi-
di dixerit, quod duplo maius uas ſit, uoce uſus quidem probe erit, uerum falſi eum quippiam om-
nino protuliſſe neceſſe fuerit, ſiquidem in ijs, qui creſcunt, plus ſecundum ſubſtantiam calidi non
ineſt, cum nec maior horum corporis moles ſit, q̃ ætate florentium, ſenumq;. at innatus calor ad

uniuerſi corporis molem diſtributus eſt. Sin eo, ꝙ intenſior horum caliditas ſit, plus ineſſe in ijs, E
qui creſcũt, caloris dicat, quemadmodum ſiquis, cum niuem albam aliqua re alia candidiorem af-
firmare uolens, non illam quidem eſſe candidiorem, aut candidam magis, ſed in ea plus ineſſe can
doris dicat, uideri poterit utrobique aberraſſe Hippocrates, dum nec uoce recte utitur, & alioqui
falſi aliquid pronunciat. et praue quidem uoce uſum eum fuiſſe uideri hinc poterit, cum uoce hac,
qua in maiore ſubſtantia explicanda utimur, abuſus ipſe fuerit, dum intenſiorem quandam calo-
ris qualitatem oſtendere nititur: falſum autẽ quòd dixerit, hinc uidebitur, quòd, cum in ijs, qui cre
ſcunt, intenſiore non ſit qualitate calor, non ſanè recte calidiorem eſſe ætatis huius, ꝗ aliarum, ca
lorem dicemus, cum hunc ille in ijs, qui creſcunt, eſſe intenſiorem affirmet. Quòd autem minime
uerum ſit magis eſſe in ijs, qui creſcunt, intenſum calorem, facile unuſquiſq; diſcat, licet, cum calo
ris in ijs, qui creſcunt, maiore ſecundum excalfactionem intenſione præditi inuentum ſignum
nullum ſit. Nam, quod ab eo in libro De natura humana, quòd plurimum in ijs, qui creſcunt, calo
ris inſit, ſigni affertur, ſtultum penitus eſt: etenim calidiorem eſſe ætate priore hominem pronun-
ciat, coniecturam ex eo, quod nunc maxime uiget, incremento faciens. neque enim ui, inquit, ac
præter naturam, dum augetur corpus, in contrarium grauitati ſuæ locum raperetur alimentum,
niſi ualidum aliquid eſſet, quod cogeret. nam hoc, non quòd magis ſecundũ excalfactionem cali F
dum intendatur, ſed ꝙ ualidius ſit, ſigni eſt. porrò autem ualidius, ſicuti antea diximus, non id eſt,
quòd intenſiore caliditate præditum eſt, ſed quod ad perficiendum opus temperatum maxime
ſit. Quamobrem, cum hæc ita ſe habeant, ſi quidem hoc pacto Hippocrates ea, quæ creſcunt, plu-
rimum habere caloris innati dicat, dupliciter errat, partim quòd nõ recte uoce utitur ipſa, partim
etiam, quòd falſi non nihil alioqui pronunciat: ſin autem, quemadmodum tertio loco dicebam,
plurimum eſſe in ijs, qui creſcunt, calidi ad hunc modum intelligat, ut ualidiſſimum ad opus perfi
ciendum ſit, quod ex eo, quod temperatum maxime ſit, prouenit, non quod aut maiore ſubſtan-
tia, aut caliditate intenſiore notetur, uoce ille quidem uidebitur non recte uſus, propterea quòd
cum ualidiſſimum debuiſſet calorem eſſe dicere, plurimum dixit. ſed tamen, quòd dictum ab eo
eſt, recte dictum uideri poterit, nam ad hunc modum augmẽtum ab innato calore fit. ergo, quem
admodum dictat ratio, quin is in ijs, qui creſcunt, ualidiſſimus ſit, fieri nullo pacto poteſt: ac mihi
ſanè recte de hoc dictũ placebit, quod in libro De natura humana dicitur. neceſſe enim eſt, quod
augetur, atq; ita ui procedit corpus, calorem ualidiſſimum obtineat. Cuiuſmodi tandem ſunt hæc
Lyci uerba? plurima illa quidem, ſed quæ nihil præter ea, quæ nos ante diximus, explicent. ſi nan-
que ſubſtantiæ commenſurata mole plus eſſe in ijs, qui creſcunt, calidi Hippocrates ait, falli eum G
opinatur, propterea quòd manifeſto minus in pueris ſpectetur corpus. quòd ſi id dicat, quod ca-
lore intẽſiore ſit, huic rurſus apparentia obſtare ait: ſin, quod opus ualidius præſtat, uere quidem
hoc dici concedit, uoce tamen illum non recte uſum fuiſſe affirmat. non enim plus oportuiſſe, ſed
ualidius ad opus perficiendum dicere eorum, qui creſcunt, calidum.

*Aduerſus ea, quæ à Lyco dicta ſunt de triplici calore, ac quæ ſit propria caloris innati ſubſtantia.* CAP. 7.

VErum uideto optime Lyce (dicet hic fortaſſe aliquis calũniæ eius in Hippocratẽ apologiã
meditans) ne uana, quę dicuntur, ſint. Iam primũ enim calidum, quod ſecundum ſubſtantiã
eſt, non abſolute ita corporis uniuerſi mole dijudicatur, uerum, quemadmodũ ipſemet aliquãdo
Lycus alibi dixit, maximum eſſe hominis cerebrum affirmans, non quidem accepta abſolute ma
gnitudine, ſed habita potius animalis cum animali proportione. Ergo ſicuti paruulũ adeo puerũ
maius habere elephante maximo cerebrum affirmat, non ſola habita corporis magnitudinis con
ſideratione, ſed adhibita præterea proportione, ſic etiam feciſſe illum in calido corpore oportuit,
examinatione antea facta corporum, quæ in nobis ſunt, quod nam innatum ſit. i. primo genitum, H
quod ἀρχήγονον uocant, ſiquidem ipſe etiam nomẽ hoc ſcit & in Hippocratis libris ſcriptum repe
riri, & pro eo accipi corpore, quod primitus generandis adſit, id eſt ex quo primam ſortiuntur ge
nerationem: quod quid aliud quæſo ſit, ꝗ ſanguis menſtruus ſemenq;? Ego certe nihil noui præ-
ter hæc tertium. Quoniam autem corporis in ijs, quæ generantur, ſubſtantia ex his conſtat prin-
cipijs, quæ prima exacte fuerit conſtitutio, non ex pluribus ijs, quæ diximus, ſed ex ſolis corpori-
bus cõſtabit: quanquam cur primam exacte dico? Si nanq;, qualis ab Hippocrate expoſita ſit die
rum ſex genitura, recordabimur, innatũ adhuc in illa corpus permanere, aperte dignoſcemus, cũ,
antequam aliqua oſſis, aut uenæ, aut arteriæ, aut nerui, aut chartilaginis, aut ligamenti in fœtu na
tura appareat, unũ ei corpus calidum innatum adſit. Sanguinis enim grummo perſimilis, molliſq;
caro, ac effigie carens, primũ fœtus excipit effigiationem, tanquam ſanguinis uibices, ut Hippo-
* crates nominat, continentẽ, ex ſeminis ſubſtantia ipſa, cũ candor ei adſit. fiunt deinde ob multã,
& quæ aſſidue fit, mutationem oſſis lineamenta quædam ac chartilaginis, & ligamenti, & nerui,
& arteriæ, & uenæ, quo quidem tempore innatus adhuc perſeuerãs calor fœtus ipſius corpus eſt.
uerum, quo magis magiſq; creſcit fœtus, eo ſanè minus redditur calidum illi innatũ corpus, quod
* nihil, quàm ſanguis ſemenq;, aliud eſt. Corporum uero acquiſitiorum uarietas accedit quędam,
cum

A cum eorum, quæ enumerauimus, innatum animãtibus nullum ſit, ſed acquiſititia omnia habean-
tur. Quòd ſi fieri poſſet, ut totum aliquando animal ex oſſibus, aut neruis conſtaret, hoc ſanè mo
do innatus deperderetur calor. Nunc fieri quidem hoc non poteſt, ut tamen maior oſſium, charti
laginũ, ligamentorum, neruorum, arteriarumq; ſubſtantia ſit, fieri poteſt. Quã etiam ob rem, quæ
extremam ſenectutem agunt animalia, cum ſanguineæ naturæ minimum obtineant, tota ferè ex
ſolis oſſibus, neruis, membranis, ligamentis, arterijs, uenis, chartilaginibusq; conſtant. nam inter
animantis partes ſola eſt caro, quæ ſanguinea ſit, quam, quæ conſenuere corpora, minimam in ſe
continent, & eam tum ſanguine præditam exiguo, tum duriorem, aliarum uero partium, quæ ſan
guinea ſit, nulla eſt. Connati igitur corporis, quod ab efficaciſſima, quæ in eo eſt, qualitate innatũ
calidum appellatum fuit, nõ abſolute ita metiri magnitudinem oportet, ſed facta potius cum nõ
innatis comparatione, eorum inter ſe inſpicere proportionem debemus. Quemadmodum enim
in balneo uaporem, ſiue fumum malis, multum, aut huiuſmodi eſſe aliquid dicimus, non ita abſo
lute ad domus referentes magnitudinem, ſed ad proprium potius balnei aerem: Ad eundem etiã
in homine modum, aut multam, aut paucam eſſe innati caloris ſubſtantiam dicemus, facta cũ nõ
B innatis corporibus comparatione. ut enim cuncta in infantibus ſanguinolentiſſima reperiuntur,
adeo, ut in oſſibus quoq; non nihil huiuſmodi appareat, cõtra in ſenibus fit, ut exanguia maxime
cuncta ſint, uſqueadeo, ut caro quoq; huiuſmodi ſit, quã etiam ipſam minimo præditã ſanguine
obtinent. corpus porrò calidum innatum ſanguis erat. Quare ex his colligitur & ijs, qui creſcunt
plurimum ineſſe corporis calidi innati, & ijs, qui conſenuere, minimum: ſic etiam ſemen, quod ex
ſeroſa humiditate, ac ſpititu, qui in ea eſt, conſtat, in his quidem, qui cõſenuere, exiguum admodũ
eſt, at in horum, qui creſcũt, corporibus plurimum, atq; inter ipſos in his potiſſimum, qui nati nu-
perrime ſunt, quemadmodum in commentarijs de ſemine demonſtrauimus. Num igitur ambi-
ges, an eorũ, qui creſcunt facile abſumatur, atq; diffluat corpus? atqui in cæteris non te ſanè fugit
aquam calidam, aut oleum, aut ſiquis eſt alius id genus humor, exiguo tẽporis interuallo per ha-
litum digeri totum, id quod neq; in terra notari, neq; in lapide poteſt, nec iam in alijs, ſiqua frigi-
da & ſicca natura ſunt. nam, ut duæ ſunt in uniuerſa rerum natura, quæ per halitum facillime dige
rantur, qualitates, caliditas, atq; humiditas, ſic è diuerſo, quæ perdurent, duæ, ſiccitas, ac frigiditas.
Quamobrẽ nihil uideri mirũ debet, ſi quidẽ puerorũ ob humiditatẽ & caliditatẽ facile difflantur
corpora: ſenum uero nõ facile, ut qui à frigiditate & ſiccitate coagmentatã ſubſtantiã obtineant.
Quare, quæ in te dici rectius poſſent, alteri obijcis Lyce optime. Certe principale documentum
C quoddã, quod nullus, qui modo legitime introductus in diſciplinas ſit, neſcit, uiſus es ignorare.
nam multam ſubſtantiam, quæ ſimplex ſit, corporis quidem diiudicat moles: at, quæ ex diuerſis
componitur, eorum, quæ immiſta ſunt, proportio, ſicuti cerebrum etiam, aut aliarum partium ali
quam. ad quem ſanè modum ij quoq;, qui uinũ aqua bibendi cauſa miſcẽt, aut uini, aut aquæ eſſe
plus, aut horum neutrum ſuperare dicunt, cum forte cõmiſta ita temperate ea fuerint. Tam uero
obſtupidus nullus eſt, ut, cũ ad uini doliũ aquæ heminam addiderit, plus eſſe in dolio aquæ dicat,
q̃ in paruo poculo ſit, cũ uerbi gratia ex tribus, qui in eo cõtinẽtur, cyathis unus aquæ, reliqui aũt
duo uini fuerint. Lycus porrò ipſe medicamentũ quoq;, quod tetrapharmacũ appellant, ex cera,
adipe, pice, ac reſina, ęqua omniũ portione cõſtans, non plus continere, opinor, picis dicet, ſiquis
duplam illam iniecerit: Verum hic quoq; iubebit nos animaduertere, utrũ tetrapharmaco medi-
camento plenum dolium totũ ſit, an uero paruum aliquod uaſculũ, ac deinde plus in dolio ineſſe
* picis dicet, q̃ in uaſculo, etiam ſi in altero ęqua omnia portione inſint, in uaſculo autẽ picis ad alia
duplum ſit. Quòd ſi igitur omnia huiuſcemodi errata, cum cætera non poſſint, ſecundũ propor-
tionẽ ac miſturam multũ diſcernit, ac quod ſimpliciter ita, ſm cõmunem mẽſurãdi modũ dicitur,
non ſanè ad eum ſe res modum habet, quemadmodũ Hippocratem Lycus reprehendit. nam tam
D eſt in ijs, qui creſcũt, caloris innati ſubſtantiæ plurimũ ad aliorum uidelicet proportionem, q̃ etiã
unà cum hac, qualitatis, ſiquidem à ſubſtantijs ſeparari propriæ qualitates nequeunt, uti ſanè nec
* facultates. atq; ad hũc modum, ſi in tetrapharmaco plus iniectum, facta ad alia proportione, picis
fuerit, non eius tm̃ ſubſtãtiæ, ſed etiam qualitatis, facultatisq; plus ineſſe dices, ob idq; humorem
etiam, quicunq; is picis ſit, auctum eſſe. Itaq; planum factum eſt ſecundũ tria, quæ Lycus ſcripſit,
multi ſignificata tã in tetrapharmaco plus ineſſe picis, dici poſſe, q̃ caloris innati in animantibus.
Atque hoc in his, in quibus, quæ admiſcentur, tota inter ſe non contemperantur, manifeſtius fit,
nempe ſecundum tres, quos Lycus retulit, modos, plus alterum altero eſſe dici, ſicuti ſanè in hoc,
quod inter uſitatiſſima eſt, medicamẽto ex iride, ariſtolochia, orobi farina, ac thure, æquo omniũ
pondere confecto, poterit quis, cæteris æquis ex his unum aliquod triplicatum immiſcere, ut ari-
ſtolochiam uerbi gratia: in qua miſtura dici uere poterit ariſtolochiam & ſubſtãtia, & qualitate,
& efficacia, reliqua exuperare, atq; huius ineſſe plus. Id ipſum de balneo quoq; pronũciare licet,
in quo nunc ſolũ cõtemperatus inſit aer, ſed etiã fumi uaporiſq; aliquid accedat, ex quib. interdũ
fumi, interdũ uaporis plus eſſe cõtinget, quo modo ẽt naturalis nõ nunq̃ balnei aeris plus: porrò
abſolute ita pronunciatum, plus, ſm ſubſtantiæ intelligimus exuperantiam, cum qua unà qualita
tem, & quę ab hac fit, efficaciã augeri neceſſe eſt. Supponamus igitur maiorẽ reliquis duobus fu-

mi ſubſtantiā reperiri, rectè hic fumi ipſius qualitatē etiā, ac efficaciam maiorē eſſe dicemus, cum E
tñ in confeſſo ſit qualitatē qualitate maiorem non effici, ſed uehementiorē, ſicuti nec minorē, ſed
imbecilliorē. uerum is uocabulorũ uſus tam in uniuerſa uita, quàm in artibus omnib. frequentiſſi-
me uſurpatur. Qua in re quid attinet aliorũ mentionē facere? cũ manifeſtũ orationi noſtræ à febri-
bus etiā ipſis ſumere teſtimoniũ poſſimus, quas nunc maiores, nunc etiā minores factas eſſe dicē-
tes quotidie audire oēs licet: & alium alio aliqñ plus, aliqñ minus febricitare, atq; de eodē etiā he-
ri, quàm hodie. Ad hũc igitur modum cum ſupponatur ſecundum qualitatem multum dici, nihil
uideri mirũ debet, ſi, in quo balneo maior in eſt fumi ſubſtātia, in eo maiorē etiam factā eſſe qua-
litatē dicamus: uti efficaciā quoq;, ſi quidē proprio utemur uocabulo, ualidā, uehementioremq;,
ſin eo abutemur, maiorem, copioſioremq; nominabimus. quippe mordicus oculos fumus uelli-
cabit, quo magis eius adaucta ſubſtantia fuerit. quapropter, cum ſubſtantijs unà propriæ etiā ea-
rum qualitates excreſcant atq; efficaciæ, non perperā quis in huiuſcemodi balneo plurimũ ineſ-
ſe fumi dixerit. Rurſus, ut dicebamus, uaporis quidē ac fumi æquæ ſupponātur portiones, pluri-
mũ autem propriæ aeris ſubſtantiæ ineſſe, quæ innato animantium calori proportione reſpōdet,
ac generatur: hic ſanè in balneo caloris proprij plurimũ ineſſe dicetur. Num igitur diſſimile huic
eſt, quod in animantium humoribus inſpicitur, ex quibus in uaporē reſolutis, reſultans calor ex- F
trinſecus tangentes ferit? etenim alius ſanguinis accenſus calor eſt, pituitæ alius, ut in flaua, atque
atra bile alius. Ergo in pueris plurima ſanguinis ineſt ſubſtantia, nimirum ſecundũ miſturæ pro-
portionem, (nam in hoc ueluti ob lethargũ dormitantes identidem excitandi ſunt, qui talia effu-
tiunt, qualia Lycus ſcripſit) & quę præterea cũ ea unà increſcit qualitas huiuſmodi, qua mitem ſe
ac tangentibus amicā, non iam aduerſam mordacemq; præbeat, nec non etiā efficacia, ſecundum
quā nequaquā nidoroſæ concoctiones fiunt, neq; uero, uti in pituita, acidæ. Omnibus igitur, Ly-
ce optime, modis plurimum ijs, qui creſcunt, caloris innati ineſt, quocirca nihil iā deliquit Hippo-
crates, at te potius ipſum conuiciatorē eſſe deprehendimus. planũ. n. ex ijs, quæ ſcripſiſti, fecimus,
ut à nullis introductus præceptoribus fueris, quo Hippocratis dogma aliquod percipere potue-
ris, utq; manifeſto, quæ prorſus ignoras, ipſe reprehendas, tum contradictionē moliri ignorantię
plenā declaratus es eā, qua artis uniuſcuiuſq; conſtitutionē demoliendam aggrediebaris, cumq;
eorum, quæ de his ſæpenumero ſcripſit Plato, nihil teneas, tibi ipſi pugnātia ſæpe affers, in adole-
ſcentium detrimentum, quicunq; ratiocinatiuæ, ſicuti tu, ſcientiæ ignari uerā à falſa diſtinguere
orationē nequeunt: poſtremo audaciſſimus præter hæc, ac nihili uiſus es, dum prius, q̃ ea planè G
didiceris, eorum, quæ ab Hippocrate dicuntur, expoſitiones conſcribere aggrederis.

# GALENI CONTRA EA, QVAE A IVLIANO IN HIPP. APHORISMOS DICTA SVNT.

H

Iulio Alexandrino Tridentino interprete.

*Quòd ſæpe medici ſpontaneas naturæ uacuationes imitentur.* CAP. I.

CONSVLTIVS quidem eſſet, ſi, quemadmodũ ſtatutum legibus eſt,
ut eadē, qua reus, pœna, ſi damnatus fuiſſet, puniatur is, qui falſo ac-
cuſarit, ita digna in eos erratorum pœna animaduerteretur, qui ijs,
quæ ignorant, falſo contradicunt. Sed, quoniam neſcio quo pacto
iniurias perſequi iudicio licet, lex autem falſo contradicentibus ſta-
tuta nulla eſt, arbitror non immerito in optimos uiros impuriſſimũ
quenq; inuehi audere. Siquidem, ſicuti in Ægypto olim artium inuē-
tum unumquodq; à cōmuni eruditorum conſeſſu probatum colum-
nis inſcribebatur quibuſdam in ſacris locis poſitis: eodem modo fa-
ctum apud nos oportuit collegium proborũ ſimul doctorumq; ho-
minum, qui examinatis recentiorum ſcriptis, in publicum, quæ bo-
na ſint, exponant, mala uero quæcunq; fuerint, perdant: ſatius autem eſſet, ſi ne ſcribētis quidem
ab his

A ab his nomen reciperetur, quemadmodum antiquitus ne in Ægypto quidem: hoc enim pacto ni-
miæ gloriæ contentioni apud iſtius cupidos obuiam maxime iretur. Nunc, cum & paſſim ſcribe
re omnibus liceat, & unicuiq; ſententiam ferre apud uulgus, audaciſſimus quiſq; maxime com-
mendatur: quemadmodum Theſſalus ex ijs, quæ contumelioſe aduerſus Hippocratem ſcripſit:
cum tamen librum is compoſuerit, in quo, dum Aphoriſmos damnare ſe putat, aperte ſeipſum
prodit ne minimam quidem Hippocraticæ artis partem didiciſſe. Atqui æquũ fuerat, cum prius
hanc ipſam edoctus fuiſſet, ita demum contradictionem moliri. An hoc fortaſſe non à me recte
dictum eſt? neq; enim (ſi quidem eam probe noſſet) tam fuiſſet audax, ut ſe ueris opponeret, niſi
ſi ex illis eſſet, qui omnem funditus pudorem exuerunt, cuiuſmodi nunc etiam Alexandrię reper
tus eſt Iulianus, cuius quadraginta octo eſſe libri dicuntur contra Hippocratis Aphoriſmos ſcri-
pti, in quorum ſecundum nuper incidi, in quo Aphoriſmum ipſe quidem hunc eſſe falſum exiſti-
mat, In uentris perturbationibus, & ijs, qui ſponte ſua fiunt, uomitibus, ſi qualia purgari debent,
purgentur, prodeſt, et leuiter ferunt, ſin minus contrarium: ſic uaſorum quoq; exinanitio, ſi quidē
qualis fieri debet, fiat, prodeſt, & leuiter ferunt, ſin minus, contrarium. & Dijs quidem gratia, ꝙ is
nobis primum ſeſe obtulit legendus liber, ne fruſtra conſumptum mihi tempus fuiſſet legendis
B in lõgum ijs, quæ contra Aphoriſmũ primũ ſcripſit, qui cæterorum deinceps proœmium eſt. for-
taſſis enim, cum coactus aduerſus ea ſcripſiſſem, nihil feciſſe magnum uideri poſſem, propterea
quòd ad medicam conſiderationem nondum accedit ſermo ille, ac prædictus Aphoriſmus non
ſanè de minima artis parte diſputat, medicum admonens, cum per ſuperiorem inferioremue uen
trem ſpontaneæ fiunt euacuationes, ut eas, quæ iuuent, imitetur, tum, quæ illæ ſint docet, ac quē-
admodum dignoſcendæ, non minus, quàm eas, quæ lædunt, ſuis notatas indicijs. Quòd ſi artem
Iulianus ab Hippocraticis magiſtris percepiſſet, non ſanè auſus eſſet ueritati contradicere, ſed,
cum neq; ipſe, nec iam is, qui talis tantæq; ſtoliditatis auctor ei extitit, Theſſalus artem nouerint
Aſclepiadarum, mirum non ſit, ſi ea iſti ignorant, quę ne hi quidem neſciunt, qui repudiata ratio-
ne mederi ſe profitentur. quippe licet eos dicentes audire incremẽtum ex imitatrice maxime ex-
perientia ſuſcepiſſe artem. nam, quæcunq; caſu facta ægris profuere, ea nos, inquiunt, ſæpenume
ro ſecuti conſtituimus, diuiſiſq; his naturalia appellant, quorum de corpore cauſa prouenit, quo-
rum autem extrinſecus, à fortuna, ut iam non ſolum naturæ, ſed etiam fortunæ imitator medicus
ſit. Ac multa ſanè allata ab illis exempla ſunt eorum, quæ à fortuna profuere, utq; inter alia is, cui,
cum cecidiſſet, diſrupta in fronte uena fuit, quod in ſimiliter affecto non ſunt ueriti facere, ut ean-
C dem ſecarent uenam, nimirum eiuſdem, aiunt, ſucceſſus ſpe: Quinetiam phlegmone laborantes
oculi, à ſatiſq; abunde cita aluo adiuti maxime nos ad id imitandum excitarunt. ad eundem mo-
dum morbo regio affectis profuſa bilioſorum excrementorum copia uiſa eſt ſæpius contuliſſe:
ut aqua inter cutem laborantibus, aquoſorum: utq; ijs, qui morbum, quem elephanta uocant, pa-
tiuntur, nigricantium humorum confert inanitio. unde argumentari aperte licet debere medi-
cum imitatorem eſſe. Quid autem attinet euacuationes ſpontaneas referre, cum præceptorum
quoque facta ſecuti artem addiſcamus? an, ſi clyſteri quocunque uentrem ſubducens Theſſalus
ægrotantem curet, imitari hunc diſcipuli debeant: ſi ſponte is fluat, non debeant: an, cum ſup-
preſſa menſtrua fuerint, ſanguiniſq; uomitus mulierem inuaſerit, tunc, ſi prouocata purgatio-
ne, uenáue ſecta affectum hunc ſanet Theſſalus, non ſanè delinquant diſcipuli magiſtrum imi-
tati, ſponte autem profuſis menſtruis ſi leuetur ægra, hoc non iam imitari eos conueniet? Atqui
nihil intereſt ad hoc, ut utrunque imitemur, ſi, uel cum obſtetrix euocauerit menſtrua, uel cum
Theſſalus, uel cum horum neuter, at ſponte fluentibus ipſis leuetur ægra, quando ab euacuatio-
ne, non unde hæc ſit, utilitas prouenit, hocq; ipſum Hippocrates docens Aphoriſmum aliquan-
do illum inſcripſit, Mulieri ſanguinem uomenti prorumpentibus menſtruis, ſolutio. quomodo-
D cunq; prorumpant menſtrua, ſoluetur, inquit, affectus, ſiue naturaliter id, ſiue à nobis fiat: non
enim, quæ hoc facit cauſa, ſed quod factum eſt, ægros iuuat, unum modo menſtruis adſit, nempe
confertim effluere, quod uoce illa prorumpentibus Hippocrates notauit, ſolitus largiores eua-
cuationes nomine illo appellaſſe, æque ac ſi uerbis uſus eſſet huiuſmodi, Mulieri ſanguinem uo-
menti menſtruis confertim profuſis ſolutio. Dies me certe deficiet, ſi, quæcunque ſponte facta
imitentur homines, referre uelim: nec ſanè de hoc alius ambigit quiſpiam, ſed tanquam commu-
nem notionem agnoſcunt omnes, ſoli ſunt, qui dubitent, perditi ſophiſtæ, quicunq; tandē, quan-
tum quidem ad artis opera attinet, uulgo quoque ipſo deteriores ſunt, at abiecto pudore texen-
dis aduerſus optimos medicos prolixis nugis exercitati. cuiuſmodi nuper extitit Iulianus is, quē
in artis operibus nunquam uerſatum eſſe, nullo autem pudore contumelijs ueteres inceſſere me-
dicos nouere omnes.

*Galeni excuſatio, quòd aduerſus Iulianum ſcripſerit.* CAP. 2.

EA igitur, quæ contra paulo ante dictum Aphoriſmũ ſcribere auſus eſt, ne dici quidē poteſt, quantum præſeferant, ignorantiæ dicam, an impudentiæ, an audaciæ, an potius (ſiquidem dicendũ uerum ſit) cuncta hæc ſimul, atq; his longe plura conueniunt? Quapropter commodius

fortaſſe

fortaſſe factum fuiſſet, ſi ne digna quidem ea iudicaſſemus, quibus ſcribendo contradicatur, & in E
* quæ aliquid abſumatur operis: Verum, cum complures à me amici ſtudioſe exegiſſent, ut, quæ-
cunq; poſt allatum ad nos librum, in quo Aphoriſmum prædictum Iulianus reprehendere aggre
ditur, diſputaſſem, deſcripta in commentarijs eis traderem, ſubij & hoc non ſanè exiguum certa-
men, ac longe quidem maius, (ſiquidem fateri uerum licet,) quàm cũ extemporalibus ſermoni-
bus uſi ſumus, quos per dies ſex, aut his etiam plures fecimus, dum nugarum conamur oſtendere
copiam, quarum plenus ſermo eſt is, quem ſcriptum in libro reliquit. etenim in hunc iſtud opti-
me dictum quadrat, quod uulgo dicitur, homine hoc loquacius inuenias nihil. unus olim Ther-
ſites plus iuſto loquax fuiſſe dictus, ad id huic quanto, quàm Therſitæ, cõueniet magis, facile om
nes, quotquot unquam fuere, loquacitate ſuperanti? quapropter, qui ſermonibus his interfuere,
cum illos legerent, duobus hominem nominibus notarunt, loquẽdi immodicitate, atq; infinita-
te. itaq; Vlyſſe potius quodam opus illi fuerit, qui eum ſceptro aſſidere iubeat, me autem, ut eum
prudentia inſtruam, minime. tam enim obſtupidum prudentem reddere ne muſarum quidẽ cho-
rus poſſit. Cum igitur inuitus adductus ſim, ut iſta ſcriberẽ, ne forte ab ijs, qui hæc lecturi ſunt, re-
prehenderer, præfari hæc uolui. Cum enim futurum ſit, ut hominem reprehendam indoctum, ſto
lidum, opinione ſua ſapientem, nugis inter ineruditos adoleſcentes uerſatum in uniuerſa uita, F
apud quos, quo nomine ueteribus maledicebat, aliquis tandem eſſe uiſus eſt, hoc cum peragere
neceſſe habeam, quæſo, liceat mihi uerbis huius ignorantiam caſtigare aſperioribus, quibus ego
uti alioqui non ſoleo. Iniquum quippe foret, ſi quidem huic in optimum quenq; ueterum conge
rere maledicta liceat, nobis non liceat eius ignorantiam demonſtrationibus detegere manifeſtis,
quæ tantum ſuſcepit incrementum, ut, unde nam ordiatur quiſpiam, non ſit facile inuenire.

*Quæ Iulianus pro Methodicis attulerit.* CAP. 3.

AC in libri quidem principio is prætermiſſo Hippocrate, longa in Sabinum oratione inue-
hitur, id quod in uniuerſo opere factitaſſe uidetur, cui tamen titulus præſcribitur, non iam
in Sabini expoſitiones, ſed in Hippocratis Aphoriſmos: deinde, quemadmodum conſueuit, mul
ta inconſiderate profert collectis immanifeſtis quibuſdam, inanibusq; uerbis: quorum ſiquis re-
* prehendere aliqua conetur, maximum prius is librum confecerit, quàm rem attingere ipſam ui-
deri poſſit, etiam ut non omnia dicantur. Hæc igitur per difficile eſt ſcribentem diſponere, ac po-
tius ſumme arduum, nos tamen in extemporalibus ſermonibus, quos apud eruditos uiros ſepæ-
numero fecimus, facultatem oſtendimus quandam ex ſimilitudine expoſitionum in ueteres inuẽ G
tam. nam quemadmodum eorum in publicis diſputationibus propoſitum librum explicamus.

* *Deſunt non nulla.* *

Quòd ſi diſſimulata naturæ perſcrutatione methodicus nec elatus, nec magnifice de ſe loquens,
neq; uero ſuperiorem latentis dogmatis radicem in medium proferens duos eſſe dicat corporis
affectus. ſecundum naturam enim conſtituto duas ueluti inſidiari aduerſarias inter ſe obuerſio-
nes, atq; immutationes, dum aut plus ſatis clauſum, aut infuſum eſt, uideri ſanè poterit, intelligibi
* lia dicere, nõ quidem naturam ſcrutantibus philoſophis, ac de rerum omnium materia diſceptã-
* tibus, ſed tamen medicis naturalibus. Et hæc quidem ex mirabilibus Iuliani ſermonibus uerborũ
ſeries una eſt. Quibus ab ijs recedens, quæ Aſclepiades, & Themiſon, & Theſſalus elementa po-
ſuere, in prędictos tendit philoſophos, qui ex mundo hoc uacuum funditus ſuſtulerunt. Alteram
autẽ deinceps ſubdit ad hunc modum. Neq; uero linguæ ulterius imperare poſſum, quin dicam.
* quid enim mihi id: ut propterea, quòd huiuſmodi conuerſiones quemadmodum elementorum
ſequitur generatio, ſic calidi etiam natura, & frigidi, & humidi, & ſicci. ab his enim ueluti paren-
tibus fieri poſtremo hæc quoq; opera poſſunt. Vide, quàm in altiſſimis thronis, ac ualde ſublimi- H
bus ſedens latuit methodus, quam, cum præ humiditate modeſtiaq; deliteſcere cuperem, cœlo
oſtendi, unusq;, atq; idem primus detexi, obductam illi nebulam diſcutiens, ſoluensq;. Hęc ſunt,
quæ Iulianus dicat, atq; ab his deinceps. Ego repudiatis eius elementis cum Epicuro non ſentio
non unam faciẽte ſubſtantiam. in libro itaq; De methodo hæc, multaq; præterea alia ſcripta ſunt
à Iuliano, qui totus inſcriptus ab eo eſt Philon. at in alio, ubi de animæ corporiſq; affectionibus
inſtitutus illi ſermo eſt, in hunc rurſus modum ſcribit. Igitur contractionis diffuſioniſq; modera-
tum ſtatum, commenſuratumq; ſtatuentes in humanis coagmentis, ſanitatis illum nomine appel
lamus. iſti porrò mediocritati cum inſidiæ à morbis tenduntur, neceſſario fit, ut patiantur corpo-
ra contracta ac dura, ſiccioraúe, aut diffuſa, molliaq; facta, atq; humida.

*Platonem, Stoicos, & Peripateticos diſſenſiſſe à Iuliano de elementis & cauſis morborum.* CAP. 4.

HÆc ſunt igitur eminentiſſimi ſophiſtæ uerba methodicos medicos affirmantis Platonem
ſequi, una cum Zenone, atque Ariſtotele. nos contra admonebimus ipſos horum unum-
quenq; philoſophorum, plurimoſq; præterea, qui poſt illos uiguere, ſanitatẽ eſſe exiſtimare cali-
di, frigidi, humidi, ſicciq; temperiem. horum autem ſingulorũ tum exceſſu, tum defectu morbos
gigni

A gigni eos, qui in uictus conſiſtant ratione. ineſſe porrò in corporibus humores etiam, qui morbis proportione reſpondeant, hos quidem facultate ſua humidos ſiccosúe, illos calidos, aut frigidos. ſic Plato cum ſectatoribus unà ſuis, ſic Ariſtoteles cenſuit, quiq; illum ſecuti ſunt, Peripatetici: ſic etiam Zeno, Chryſippusq́;, aliiq; præterea Stoici. At Iulianus ne librum quidem legit ullum uirorum, quos retulimus, nec prorſus, quid conſequens, ſibiq; pugnans ſit, intelligit. non enim eum fugiſſet. quemadmodum ſectæ, quæ uacuum tollit, hæc conueniunt: ita alteri, quæ hoc ponat, cõuenire illa, nempe in meatuum ſymmetria quadam ſanitatem conſiſtere, ſicuti in fluxu, clauſuq; rerum, quæ per id feruntur ſecundum uictus ratione͂, morbos. Quid igitur faciam? Ariſtotelisne ac Chryſippi, cæterorumq; Peripateticorum omnium, ac Stoicorum deinceps uerba ſubiiciam, in quibus bilem, pituitamq́; cauſantur, primosq; morbos eſſe quatuor affirmant, non aliter ſanè, quàm elementa, calidum eſſe & frigidum, & humidum & ſiccum: an hoc, cum non duo tantum libri compleri inde poſſint, ſed tres etiam, & quatuor, atq; his plures, prætermittendum à nobis eſt, abundeq; nobis eſſe exiſtimandum, quæ à Platone tantum dicta ſunt? Cum igitur ita facere conſultius ſit, ne per omnia cum nugaci ſophiſta diutius nugemur, finem de his faciam, ſi prius hoc ſolum de Peripateticis, Stoicisq; philoſophis dixero. neq; Ariſtotelis, nec iam Theophraſti
B librum uſquam inuenias, in quo, ſiquid de morbis neceſſario dicendum illis ſit, omiſſa calidi, frigidi, humidi, ſicci mentione orationem abſoluant. Quin cum horum, tum uero utriuſque non raro bilis mentionem faciunt, nigræ ſimul ac flauæ, ſæpius etiam pituitæ, quippe qui huiuſce explicent diſcrimina. & hanc quidem aridam, ſalſam illam, ſalſilaginoſamúe, aliam autem dulcem appellant. Neque uero aliter ſentit Chryſippus, ſemperq; ad eundem modum, tum de morbis, tum de humoribus diſputat. Horum igitur trium tantummodo ſiquis uerba colligat, non ſanè paucos is conficiat libros, præſertim ſi quantum Iuliano Alexandriæ ſupererat, tantum etiam huic ocii ſuperſit. q; ſi, quæ ab aliis tam Stoicis, quàm Peripateticis dicta ſunt, colligere uniuerſa uelit, iuſtam is etiam bibliothecam expleat. At nobis, ſicuti iã diximus, ſatis erit, omiſſis his, unius Platonis uerba referre, nuſquam ab Hippocratis placitis diſcedentis. Neq; uero ex omnibus undiq; libris ea deligam, qui plurimi certe habeantur, ſed uno contentus Timæo hæc inde tranſumpta ſubiiciam. Sanè quemadmodum morbi conſiſtant, id nemini obſcurum. cum enim ex quibus corpus conflatum noſtrum eſt, genera quatuor ſint, terræ, aquæ, ignis, aeris, horum præter naturam exceſſus, defectusq́;, propriæq; ſedis cum aliena commutatio, tum ignis, atque etiam cæterorum unumquodq; (quando plura uno genera hæc habeantur, ) quod ſibi conuenit, non ſuſcipiens,
C omniaq; huiuſmodi, perturbationes, morbosq; afferunt. cum enim à natura horum unumquodq; recedit, commutaturq́;, quæcunq; prius frigida erant, nunc concaleſcunt, atque antea ſicca, humecta impoſterum fiunt nec non lenia grauiaq́;, atq; omnimodas prorſus tranſmutationes ſuſcipiunt. Hoc in loco, quantum ad elementa prima ſpectat, eorumq́; qualitates, aperte Hippocratem ſequitur Plato. deinceps uero morborum cauſas in humores quoque deriuans ad hunc modum ſcribit: Albida autem pituita ob bullarum ſpiritum intus detenta ſæuit: ſumpto uero extra corpus ſpiramine mitior illa quidem, uarie nihilominus corpus pingit, uitiliginum in eo ſpecies, leucas, alphosq́;, atque id genus morbos procreans. at, cum atræ miſta bili in capitis diuiniſſimos orbes dilabitur, hosq; ipſos infeſtat, ut in ſomno mitior, ſic cum uigilantes inuaſerit, diutius urget. qui ſanè morbus ſacratioris naturæ cum ſit, ſacer meritiſſimo appelletur. Hisq; deinceps uerbis alia addit. Hæc porrò ſalſa aridaq; pituita morborum omnium eorum, qui cum fluxu unà fiũt, caput eſt, à locorum, in quę fluit, diuerſitate multimodas quoq; appellationes ſortita. In hunc modum de pituita, atraq; unà bile ſenſit Plato. cæterũ, quæ de flaua diſſerat, poſt hæc attende. In corpore uero, quæcunque eo, quòd ardeant uranturq́;, inflammata dicuntur, cuncta à bile fiunt. accepto itaq; hæc reſpiramine omnimodos tumores foras feruens emittit: at incluſa intus morbos
D gignit perurentes plurimos, huncq; maximum, quoties ſanguine commiſta puro fibrarum genus ex proprio ordine deturbauerit, quæ ea gratia diſtributæ in ſanguinem ſunt, ut nec tenuis nimis, nec craſſus nimis eſſet, neque iam ob caliditatem, quippe qui humidus foret, ex raro corpore defluat, neque rurſus nimia denſitate motioni ineptus, uix ſe in uenis conuertat. Hanc utique utilitatem fibræ naturæ generationi largiuntur, quas ſiquis emortuo ſanguine, refrigeratoq; inter ſe colligat, quod reliquum eſt ſanguinis, uniuerſum diffluit. quòd ſi derelinquantur, quàm primum unà cum ambiente frigore congelantur. Hac cum præditæ falcultate ſint in ſanguine fibrę, bilis, quæ natura uetus facta eſt ſanguis, cum rurſus ex carne in hunc eliquata mittitur calida, humidaq́;, ſenſim primo inuecta ob fibrarum uim gelaſcens coit, gelataq; ac reſtincto illius uiolenter feruore tempeſtates intus, tremoremq́; excitat. at, ſi maiore ſe ui inferat. euictis à caliditate propria fibris, confuſoq; earum ordine efferueſcens uictrix euaſit. ac, ſi ad extremum uſque perdurare ualidior poteſt, ad medullas uſque penetrans perurensq; animæ ibidem diſſoluit quædã tanquam retinacula, hancq; ipſam liberat. at, cũ minor huius copia eſt, corpusq́; ei liqueſcens reluctatur, deuicta, aut per uniuerſum corpus excidit, aut in inferiorem ſuperioremúe uentrem per uenas expulſa, deq; corpe ueluti ex diſcordi ciuitate eiecta inteſtinorũ læuitate͂ difficultatemq;, cæteraq; huiuſmodi mala affert. Hæc ſunt, quæ Hippocratem ſecutus Plato in Timæo tantum ſcripſit.

ſcripſitat,ſiquis,quę in reliquis eius libris reperiunt̃,uniuerſa colligat,uideri is poterit,quod qui- E
dem ad ſermonis attinet prolixitatem, Iulianum imitatus,multoq; etiam magis,ſi,quæ de calido,
frigido,humido & ſicco,bile,pituita,ſanitate ac morbo ſcripſere Theoph. Ariſtot. Chryſip. Peri-
patetici,Stoiciq; omnes,adſcribat ſingula.et quidem nunc aliquos eſſe arbitror,qui noſtræ huius
in obſtupidi ſophiſtæ redargutionem compoſitæ orationis longitudinem reprehēdat. Qui enim
(pro Iuppiter Deiq;) Platonem quidem & Ariſtotelem & Zenonem horumq; ipſorum ſectato
res ueritus non ſit laudibus efferre,quæ uero de corporis elementis dicta ab Hippocrate ſunt,re-
fellere,an hunc cenſes in reliquis omnibus uerecunde quicquam dicturum?

*Neq; ex ignoratione,neq; ex diſcordia philoſophorum in nomine naturæ prohiberi,quin naturaliter ſe aut præter naturam homines habere affirmemus.* CAP. 5.

OMittantur tamen hæc, notentur, quæ deinceps ſcribit, dum ne naturæ quidem, ut uidetur,
uocabulum conſiderandum permittit, utitur autem uerborum hoc initio. Non hercle no-
bis hi perſuaſerint, neq; uero ſibi ipſis,modo uerum fateantur, nō ignorare ſe,quid natura ſit,quā
in omnem partem uexant,magnifica ubicunq; uerba ſonantes,aut ſimplex calidum,aut attempe
ratum, miſtumq; aut frigidi ſpiritusq; ſubſtantiam. Hisq; deinceps multa addit, naturæ eos noſſe F
ſubſtantiam concedens, quaſi uero in propoſito nobis nunc Aphoriſmo naturæ adſcripſerit no-
men Hippocrates, ac non potius de ſponte factis euacuationibus loquatur: unde igitur in men-
* tem illi uenit naturę uocabulum? Vnde quæſo magis,quàm ex Iuliani nugandi conſuetudine,ut
* longioris ſibi ſermonis anſam arriperet? quem ſiquis explicet, facile is eius deprehendat nugas.
Cum igitur medici omnes has quidem à natura, illas uero caſu fieri affirment, ut oſtendāt eorum
interdum cauſam ex ægrorum oriri corpore,interdum extrinſecus accedere,occaſionem nactus
hanc eſt, ut aliquid de naturæ uocabulo nugari poſſet. Eſt porrò, quod dicere nititur( ut in ſum-
ma dicam) eiuſmodi: Non par eſt eos, qui naturam, quæ ſit,ignorent,naturales euacuationes in
ore habere. At eadem ratione,ſophiſta audaciſſime,nobis,neq; ut animā teneamus,neq; ſenſum,
neq; uero mentem, aut rationem, aut memoriam, cognoſcere licebit: quippe quorum omnium
non facile dignoſcatur eſſentia, quod minime mirum ſit. Nam,cum Solem etiam ipſum,quem ta
men apertiſſime uidemus, quanam ſit eſſentia, non exacte ſatis ſcimus, exiſtimabimus.ſ.nos de
natura,de anima,aut memoria,aut reliquis id genus rebus poſſe audacter decidere? Verū quem-
admodum recte iſta diximus,ſic,cum horum uniuſcuiuſq; notionem, ſubſtantiæq; dignotionem G
tenemus manifeſtam, adijcienda ea oratione eſt, à natura enim planta omnis regitur, at animal
omne à natura ſimul & anima.ſiquidem nutritionis, atq; augmenti,effectuumq; huiuſmodi cau-
ſam naturam appellamus omnes,ut ſanè animam,qua ſentimus,mouemurq;. Quo fit,ut nec falſa
naturæ opera proferat noſtrum quiſquam, nec iam, ſi illa nouerit aliquis, ſtatim hunc neceſſe ſit
eius quoq; eſſentiam noſſe,quemadmodum nec Solis, quem ut orientem manifeſto,ſic etiam oc
cidentem uidemus,lociq; interuallum utriuſq; præfinito tempore ordinatim percurrētem, huius
tamen quæ nā ſit eſſentia,per ocium quærimus. Quòd ſi igitur fieri non poſſet,ut,naturales quo-
ties fierent excretiones, ſciremus, niſi prius has ipſas facientis naturæ ſubſtantiam cognoſcere-
mus.non ille quidem immerito, cum hanc incognitam eſſe oſtendiſſet,ſimul etiam harum ipſarū
dempſiſſet cognitionem. nunc cum liceat,etiam ſi quis illam ignoret, has tamē ipſas ſcire,ſuper-
uacanea ſunt,quæ nugatur. & hæc quidem omnia optimus Iulianus. At nos,quoties alicui nullo
ſumpto purgante medicamento uomitus accidit, aut multa contingit inferior euacuatio, ſiue ea
per inteſtina,ſiue per uterum fiat mulieris, huiuſmodi omnia natura facta eſſe dicimus,uel à natu
ra,uel naturaliter ( nihil enim refert ) eaq; ipſa cum manifeſto ægrorum emolumento imitamur.
Videtur autem Iulianus neq; id ſcire,quod quotidie in ore omnium eſt,uulgoq; nō neſcitur,nem
pe ſecundum naturam ſe habere ſanos,ægros uero præter naturam.nam,ſi prius,quàm naturæ eſ H
ſentiam nouerimus,nullis nobis huiuſcemodi nominibus uti licuerit, neq; ſecundum naturam ſa
nos,neq; uero præter naturam ægros ſe habere dicendum nobis erit. Demus tamen illi, ſi placet,
hoc ex abundanti ratione,concedamusq; fieri non poſſe, niſi prius ex calido, frigido,humido,&
ſicco corpora noſtra conſtare ſciuerimus, bona, quæ à natura uel caſu fiunt, ut imitemur. Quid
igitur obſtat,quo minus hoc ipſum ſciamus,dum & placiti huius demonſtrationem afferre poſſu
mus,& optimus quiſq; philoſophorum, qui tibi quoq; ipſi admirabiles ſunt,cū Hippocrate unà,
atque inter ſe etiam conſentiunt? Niſi uero diſcordiam aliquis ſatis eſſe argumenti putet ad mon
ſtrandam placiti huius ignorantiam, de ſtoico repente ambiguus quidam factus. Nam,ſi ſermo-
ni huic perſuaſus credis, affirmanti eorum nihil, de quibus philoſophi inter ſe digladiantur om-
nes, in cognitionem cadere humanam poſſe, cur non multo etiam magis, quàm alijs omnibus
tuis illis pulchris communitatibus, quas in cœlis habitans methodus generauit,fidem abrogas?
at has aliorum medicorum nullus obſcure, quin aperte potius nouit,ſicuti quidē exiſtimat Theſ
ſalus, quodq; hoc maius ſit.cum enim has Theſſalus glorioſiſſimo medicorum, qui circa ipſum
ſunt, choro ſibi uiſas oſtenderit, nemini tamen inter illos conuenit.quinimmo maius ad hāc uſq;
diem bellum inter ſe exercent,quā cum unà cum cōdiſcipulis ſuis altercabatur Theſſalus. Quòd

ſi ex

A ſi ex diſſenſione rerum ignorationis ſignum ſumitur, profecto ante omnia Theſſali cõmunitati-
bus,quanto etiam magis de his ambigitur,abroganda fides eſt. Enimuero de corporis noſtri na-
tura,quam uel ex aere, & igne, & aqua, & terra, uel humido & ſicco, calido ac frigido temperate
ſibijnuicem miſtis conſtare dicunt, dubitatũ quidem olim eſt,ſed non adeo tamen,ut de Theſſa-
li communitatibus,cum & Plato,& Zeno, & Ariſtoteles,& Theophraſtus,& Eudemus,& Cleã
thes,& Chryſippus,alijq́; præterea philoſophi quàm plurimi, qui ſe partim Stoicos,partim Peri-
pateticos, partim etiam Platonicos nominari uoluerunt, eadem de illis ſentiant. At à Theſſalo
prolatæ communitates, tantum abeſt,ut cæteris probentur medicis,ut ij etiam diuerſa de his ſen-
tiant, qui re uera amethodi cum ſint, glorioſo tamen methodi uocabulo quodam tanquam præ-
textu utuntur.neq; enim Hippocrati,neq; Diocli,neq; Pliſthonico, neq; Praxagoræ,nec Mneſi-
theo,nec Philotimo, nec Eraſiſtrato, nec Herophilo,neq; medicorum alicui logico,empiricóue
Theſſali placuere communitates. Quòd ſi conferendæ inter ſe diſcordiæ ſint, eam, quæ de Theſ-
ſali cõmunitatibus eſt,longe alteram ſuperantem inuenies,cum.n.tres ſint genere (ut illi dicunt)
in medicina ſectæ, Theſſalicq; cõmunitates tam qui ſe empiricos, quàm qui dogmaticos profiten
tur,tollant,non ſanè exiguã cenſendum eſt diſcordiam hanc eſſe,immenſamq; adeo,ut uinci non
B poſſit: quippe cum eas, neq; qui harum habitus eſt parens Themiſon,neq; alius ab eo quiſpiam,
at nec amethodorum Theſſaliorum ullus obſeruet. Itaq; non facile quenquam inuenias, qui nõ
illis aut addiderit, aut detraxerit aliquid, aut aliqua ſaltem ex parte mutarit, neq; tamen, etiam ſi
ipſi inter ſe omnes conſentirent, parua eſſet eorum cum alijs diſſenſio. cum uero de his omnibus
ipſi quoq; inuicem diſſideant, ſolus hic relinquitur Theſſalus, eumq; præter Iulianum iſtum ſecu
tus nemo eſt,& is uerbo tantum,nam re apertum fecimus, quàm illi maxime aduerſetur:quorum
ſi quis fidem ſumere certam uelit, noſtros is de ſecta methodica cõmentarios adeat. Porrò Theſ-
ſalus, etiam ſi ſolus pro ueritate contendentibus dicat eorum, quæ alijs uiſa ſunt,conſenſum,de-
monſtrationem eſſe quandam,ac iudicium,illum nemo damnauerit,& poſtea Theſſalum,qui ab
omnibus diſſidet alijs, non damnabimus? Hippocrati,cui præter optimos medicos,philoſopho
rum etiam optimi conſentiunt, fidem non adhibebimus ob unam diſſenſionẽ? quis hoc tandem
ferre poſſit? quis tot tantasq; toleret nugas? quis non potius doleat,cum tempus contradicendo
abſumat homini, qui nec, quæ dixerit,recordetur, nec, quæ ſcripſerit,intelligat, ac tantummodo
(ut in prouerbio eſt) quicquid in buccam uenerit,effutiat?

C *Aduerſus Iulianum & Aſclepiadem, quòd plenitudo ſit cauſa continens quorundam morborum.* CAP. 6.

VErum omiſſis iam ijs, quæ deinceps dicat, audiamus, ac primum cum præſentis Aphoriſmi
principium eſſe ait ac caput, nempe quòd morborum continens cauſa humorum ſit pleni-
* tudo. Rectius autem fecerimus, ſi hoc quoque in loco uerba ipſa, ut habent, omnia adſcripſeri-
mus.proditum igitur ab eo eſt ſtatim in hunc ferme modum (tempus eſt enim iam,ut recta ad cõ
traditionem ueniamus.) In perturbationibus uentris, ſic ut,quod reliquum eſt Aphoriſmi, prin
cipium habeat,ac caput, nimirum ex humorum plenitudine, ut à cauſa continente,morbifica af-
fici corpora.Quapropter demonſtratum cum ſit affectuum non eſſe cauſam humores,(hęc enim
exploſa iam eſt opinio) ſimul etiam Aphoriſmi detectum eſt exitium,ut qui obſcuro,falſoq; inni
tatur fundamento.Hæc ſunt eius uerba. optimum autem factu foret,ſi theatro cõſtituto,plenoq;,
non quidem quale Theſſalus inſtituit, dum ſeipſum in ſuis illis garrulis libris coronat, ſed erudi-
torum potius hominum pleno percunctaremur ab ipſo,quanam tandem demonſtratiua metho-
do duce ſermonem exiſtimet uerum eſſe à ſe dictum, qui ſanè,ſi quidem recte illum quiſpiam in-
terpretetur,ad hunc ſe fermè modum habebit: Qui uacuationibus iuuari ægros aiunt,neceſſe eſt
hos exiſtimare continentem morborum cauſam eſſe plenitudinem.Quòd ſi uerus ſermo is eſt,lu
D bens ſanè inter doctorum hominum cœtum Iulianum interrogarem, ut ex eorum multitudine
ſtoliditatem aliquando agnoſceret ſuam. nam ex ijs, quæ dicuntur, fieri non poteſt,ut agnoſcat,
huiuſmodi cum ſit.

*Deſiderantur pauca.*

* Seipſum detegit in libris. at in theatro, quemadmodum recte iſta tractentur, nunc exponam.
Multis ex ijs, qui febre laborant, ſanguinem mittit Theſſaliorum aſellorum grex. ſi quidem hoc
faciunt,cenſentes nocumento eos ex euacuatione affici,non recte faciunt,ſin iuuari credunt,cau
ſam ſupponant hi, neceſſe eſt,continentem eſſe plenitudinem, quod tamen negant. Dicat hic mi
hi horum fortaſſe aliquis,quæ tandẽ neceſſitas eſt,ut iuuante euacuatione continens ſit cauſa ple
nitudo? cui ego facile ita reſpondere poſſum: neceſſitas quidem nulla eſt, de grege tamen ueſtro
is eſt,qui iſta dicat. Iulianumq; monſtrabo, ſimulq; æquum eſſe dicam,ut ſuarum ille nugarum ra
tionem reddat, & hoc quidem modo in theatro cum eo egerit quis, nunc uero (neq; enim thea-
trum habemus) paucis huiuſmodi datur occaſio. Quin omnes, quæcunq; collibitum, effutiunt,
ſeu uera ea, ſiue aperte falſa ſint, id quod Iulianus ſemper facit, ſine delectu, quicquid in mentem
uenerit, ſcribens, nihilq; unquam ueritatem curans. Ego autem in uniuerſa uita mea cùm nihil
æque ſtuduerim, quàm demonſtrandi prius ſcientiam tenere, deinde ſummo hanc ſtudio exer-

cere,fruſtra laboraſſe uideor.nam , quicunq; demonſtrationem, quid ſit,percipiũt, ſpes eſt hos rè E
cognita,Iuliani fortaſſe abijcere nugas poſſe: at,qui gregarius illius eſt,is ne eorum quidem,quæ
dicuntur,quicquam intelligit.Quam ob rem dictum antea quoq; à me eſt,non exiguum imponi
mihi certamen hoc ab amicis,quorum gratia ſcientificos tracturus ſum ſermones. Enimuero nõ
ſolum oportuit Iulianum cauſarum differentiæ conuenientia proferre uocabula , ſed etiam eorũ
obſeruare ſignificata.nunc autem (hoc enim habet methodicorum omnium ſtoliditas cõmune)
ad nomenclaturas uſq; continentium cauſarum progreditur ille quidem,at, quo ab antecedenti-
bus modo differant,non intelligit.neq;.n.latuiſſet eos morborum ab antecedentibus cauſis aug-
mentum fieri.quæ enim principio morbos facere cõſueuerunt,neceſſe eſt hæc,donec ſimile quip
piam agunt,eoſdem adaugeant.ut medicamentum, exempli cauſa.acre adeo, ut ulcus facere poſ
ſit,cuti hora impoſitum tantummodo una cuticulam uulnerabit ſolam,ἐπιδερμίδα Græci appel-
lant : longioris uero temporis tractu adhærens opus peraget euidentius,cute primum ipſa,dein-
de ſubiecta quoq; carne correpta,quo modo etiam, quę putrefacientia nominamus,ad oſſa uſq;,
tegente hæc ipſa carne exuſta,deſcendunt interdum.Hac igitur præditæ natura cum ſint antece-
dentes cauſæ,fieri non poteſt,ut,ſi quidem ille remaneant, quod factum eſt morbi,perſanetur.cũ
enim, ſicuti monſtrauimus, maior ſubinde morbus fiat, non ſanè,antequam,quod facit,tollatur, F
perfecte ſanabitur .ſunt igitur cauſæ antecedentes,huiuſmodi quoq; plenitudo eſt.Supponamus
enim ante alia hoc in ſermone,antecedentem niſi quis abſciderit prius cauſam,fieri non poſſe,ut,
qui factus eſt, affectus curetur.ob idq; ipſum Aſclepiades morbos à plenitudine incipere exiſti-
mat , ægriſq; adiumento huius eſſe euacuationem ait , petitq; curationem à medicis perfici, non
morbos, quos plenitudo faciebat, ſoluentibus,ſed, ne adaugeantur , prohibentibus.ſupponatur
tamen cauſam morborum continentem interdum eſſe plenitudinem , neceſſe ſtatim eſt, ut huius
euacuatione tollatur morbus.Atqui,ut Aſclepiades ait, nunquam cauſa eſt cõtinens.ſatius enim
fuerit,relicto hoc in loco garrulo Iuliano, cum Aſclepiade ſermonem conferre,qui,ut cætera de-
ſint, legitime certe ſophiſtam agit.oratione enim,uti uir conſueuit , cui credi maxime poſſit,non
illepide fucata,quod ſophiſtæ,ut arbitror,officium eſt,non diſſimilem tamen huic ſermonẽ pro-
tulit Iulianus, eum, quem deinceps ſcripſit,non me hercle facultate in hoc uſus ſua (tales.n.ubiq;
ſcripſiſſet) ſed eorum quæ Aſclepiades dixerat,recordatus.ꝙ ſi ex proprijs eſſet Iuliani ſermoni-
bus,non aliter,quàm ſuperiores,nugatorius uideretur.Itaq; ait Aſclepiades,Si continens morbo
rum cauſa eſſet plenitudo, factis non nunquam largis inter morbi initia euacuationibus , fore, ut
nocumentum ſtatim à ſe omne æger depellat:nunc contra uiſi ſæpius ſunt,purgata plenitudine, G
morbi tamen ipſi augeri.ſatis eſt ratio hæc probabilis,propriaq; ob id eget ſolutione,neq; tamen
ad ea, quæ in Hippocratis Aphoriſmo dicuntur, accedit.nam illa ex communi potius hominum
omnium ratione,qua empiricos quoq; uti diximus,quàm ex dogmate ullo, fidẽ ſumpſere.ideoq;
Aſclepiadis rationem diluemus ipſam, non ſanè tanquã ad ea, quæ in Aphoriſmo dicuntur,per-
tinentem,ſed ꝙ conſultius exiſtimemus eſſe, poſtquam Iulianum hucuſq; garriẽtem pertulimus,
propius ad hominem accedere,ſophiſta qui ſit, qui cum dialecticorum aliquando more exercita
tio inſtituatur.Cum igitur plenitudinẽ nominabit Aſclepiades,interrogetur,utrum dicat eámne,
quæ ex facultate,an eam, quæ ex uaſorum capacitate æſtimatur, quam etiam κατὰ τὸ ἔγχυμα no-
minare ſolent, atq; utrum eam, quæ in toto corpore,an potius,quæ in ſola eius parte conſiſtat.Ea
porrò, quæ ex facultate eſt,ne nominari quidem ab ipſo poteſt,ut qui facultates ferè omnes,qui-
bus gubernatur animal,ſuſtulerit : quæ uero ex uaſorum capacitate,duplex illa quidem etiamnũ
eſt:aut enim ad menſuram refertur, quæ ſecundum naturam ſit, aut hoc uno, nudoq; intelligitur,
nempe ꝙ non intra uaſa capiatur,poteſtq; horum utrunque,aut in toto conſiſtere corpore,aut in
una,pluribúſue eius partibus.oſtenſumq; à nobis eſt in his commentarijs , in quibus ſymptoma-
tum cauſas enarrauimus , atque ubi tumores præter naturam tractauimus , conuulſionem inter- H
dum,tremoremq;, ac in uniuerſum phlegmonem, & eryſipelas,idq;,quod à recentioribus medi-
cis œdema uocatur,alioſq; prætetea affectus,plenitudinis inniti hypotheſi,tum,ſi plenitudinem
euacuet quis, ad naturalem quàm primum ſtatum redire membrum. Diximus porrò alibi quoq;
de continentibus cauſis, ubi oſtẽdimus tam nomen ipſum, quàm rem, cui impoſitum nomen ſit,
ex Stoica eſſe ſecta,neque recte recentiores medicos genus hoc totum aut nominaſſe,aut tractaſ
ſe:noſq;,ne de nominibus contendere uideamur, ſecundum eorum ſæpius ſententiã cauſæ quæ-
dam ut ſic nominentur, concedere, non mehercle quæ ex ijs, quæ abſolute eſſe dicuntur, ſint,ſed
in generatione ipſa eſſentiam habeant , in quo ſophiſmatis conſiſtit explicatio. Cæterum , quæ-
cunq; Iulianus garrit,in hunc transferre locum noſtri non eſt muneris, quin potius ad aliam quę-
ſtionem ueniamus,quæ communis in uniuerſum eſt.Cauſarum,quæ in humoribus cõſiſtunt,du-
plex habetur genus, alterum ex plenitudine , ex corruptela alterum, facilemq; utriuſq; aiunt eſſe
curationem , cum momento temporis liceat , & quod ex redundanti ſuperuacuum eſt, emittere,
& quod corruptum ſit,uniuerſum inanire ſic,ut nũquam perduret morbus . quam ſanè rationem
dilucidam ſimul ac breuem Iulianus obſcure prolixeq; uerbis his ſcripſit, In ipſo ſtatim Aphoriſ-
mo indemonſtratum lemma extortum eſſe, nempe ꝙ morbos humoris faciat plenitudo , aut in

impropriam

A improprĭam qualitatem tranſmutatio, quam ſpeciem omnem, corruptelam medici uocant. qua-
re eo, quod morbum faciebat, educto, inſigne opinatur iuuamentum futurum. ſic ſine controuer
ſia, antequam appareat humoris alicuius in corpore contenti indicium, plenitudinē morbi cau-
ſam eſſe exiſtimat, aut, ſi minus hanc, tranſmutationem certe, quod nec intelligi poteſt, nec ſanè
ad ueritatem proxime accedit. Sic enim exiſtimemus, licet, facile morbos tolli uniuerſos poſſe,
nec iam diuturnus ullus foret, atq; unius eſſet rationis curatio omnis, nullam in ſe operoſiorē dif-
ficultatem continens. ſimplex enim ac promptum, atq; adeo in ipſis manibus eſſet, quod morbū
facit, exinanire, in ipſoq; ſtatim principio, primaq; eius conſiſtentia morbum ſoluere, ut iam nul-
lo alio, quàm euacuatiuo auxilio indigeat, atq; huius, qualicunq; tandē accidat tempore, accom-
modari uſus poſſit, ac, ſi in cauſa ſanguis ſit, ſola contenti erimus uenæ ſectione, ſi pituita, quæ pi-
tuitam educant, dabimus, ſi bilis, quæ bilem.

*De curanda utraque plenitudine & humorum corruptione aduerſus Iulianum.* CAP. 7.

HÆc ſunt Iuliani uerba, quorum omnium, ut dicebam, ratio ita ſe habet: Si, quæ morbos fa-
ciunt, cauſæ humores ſunt, fieri poteſt, ut exinanitis quàm primum ijs, nullum diutius con-
B ſiſtere permittamus morbum. atqui multi, etiam ſi inter initia ſatis inane reddamus corpus, diu-
tius tn̄ perdurant. nō ſunt igitur humores cauſæ. Quę ſanè ratio, ſi quidē de corporis uniuerſi ple
nitudine accipiatur ea, quæ ad uaſorum capacitatem refertur, uera eſt. nam, ſi in morbi ipſius prin
cipio, quod ſuperuacuū eſt, inanire uolumus, uniuerſum exinanibimus plethoricū affectum: ſin
plenitudinem accipas, cum parte aliqua plenior collecta redundantia eſt, falſa, cū oſtenſum à no-
bis ſit non ſemper fieri poſſe, ut huiuſmodi plenitudo ſubito euacuetur. Sic etiam, ſi de corrupte-
la ratio interrogetur, hæc ſolui facile poteſt, quippe quam non ſtatim euacuare poſſis, perinde ac
ſi uaſe aliquo contineretur, aut dolio, ex quibus tamē cū prauum euacuauerimus humorē omnē,
non ſtatim, niſi deterſo prius, elotoq; diligenter uaſe meliorem infundimus. Num igitur fieri po-
teſt, ut ex humano corpore corruptum euacuemus ſanguinem, eius autem loco meliorem quàm
* primum eius addamus partibus? Quo nā igitur modo (inquiunt) exinaniri ſtatim corruptio po-
teſt? ſic.n.hoc, ut alia omnia, facile pronunciant, nullo rerum reſpectu, neq; ullum in conſideran-
da re uniuerſa adhibētes diligentiorē examinationem. enimuero, quemadmodum, cum bilis uis
multa in corpore continetur, ſæpius facile ſit, dum febris adſit, eam ipſam euacuare, ſic, cum ante
acuta correptus febre homo fuerit, difficillimū id redditur. neq; enim licuerit abſq; periculo, pur
C gante tunc uti medicamento: ad eundem modum de pituita, deq; ſeroſis excrementis exiſtiman-
dum. Dictum ſanè à nobis de his omnibus eſt in alijs libris, opusq; eſt, qui ſcire iſta exacte uolue-
rit, inde ſibi diſcenda hæc petat. Morbus igitur plethoricus ut ſit phlegmone, non in ipſis ſolum
uaſis plenitudine detenta, ſed etiam uniuerſos occupante muſculorum ſinus, ex eo potiſſimum li
bro diſcas licet, in quo de tumoribus præter naturam ſcripſimus. ꝙ uero ſubito curari phlegmo-
ne omnis non poſſit, diximus in libris De curandi ratione, ſecundū eam potiſſimum operis par-
tem, in qua curandorum præter naturam tumorum uia inſtituitur. fit.n. interdum, ut tam ualide
tamq; tenaciter adhæreant carni uiſcidi, craſſiq; humores, periculum ut ſit, ne, cum diutius perſe
uerauerint, ſequatur ſcirrhus. at ij, qui nihil horum ſciunt, dum potiſſimam artis partem ignorant,
damnant Hippocratem. atqui è diuerſo quis, cum ſolidum corpus refrigeratum, aut excalfactum
aliquod fuerit, promptum fore illi ad naturam recurſum dicet, quo modo etiam, cum denſius, ra-
riúsue redditum fuerit. neque enim refrigeratū excalfacere, excalfactumq; refrigerare, denſiusq;
rarefacere, ac rarum denſare laborioſum fuerit: at pertinaciter adhærentem parti carnoſæ humo-
rem, aut craſſum, aut glutinoſum educere, laborioſiſſimū. nam, cum ex uaſis etiam laxis ijs haud
promptum ſit ſordes expurgare, facile id. ſ. in carnoſis exiſtimabitur. Quare ſumme deprauata ra
D tio ea eſt, quæ cauſas in humoribus contentas contrarias ſemper magis eſſe dicit ijs, quæ in ſoli-
dioribus partibus ſunt. Nam, ſi in uniuerſa corporis habitudine abſolute plenitudo inſit conten-
ta in uaſis, quam proprie plenitudinem nominamus, nō ſanè difficile factu fuerit, & primo quoq;
tempore hanc ipſam exinanire, & ob ipſum ſymptomatis ægrum liberare. contra, cum uitioſus
ſuccus aliquis, aut corruptela adſit, fieri non poteſt, ut abunde facta euacuatione ſanitati homo re
ſtituatur. Nec ſanè alio ſe modo res habet ipſa. plures.n. inuenti ſunt, quibus cū degrauaretur cor-
pus, tenſioniſq; accederet ſenſus, uenæ quàm primum ſectione ſymptomatis his ſoluti ſint: non
nullis contra per totum menſem corruptionis nocumentum permanſit, dum nec deprauatū ſan-
guinem potuimus ubertim exinanire, nec meliorem alium reponere. nam, ut ex cibarijs recte in
corpore confectis bonus generatur ſanguis, ſic periculum eſt, ne, dum idonea cōcedimus alimen
ta, cum prauo, qui prius inerat, bonus unà corrumpatur. Quam etiam ob rem non omnem ſe pol
licentur corruptionem ſanaturos, ſed illam unam, in qua ualidum adhuc corpus ſit, uireſq; robu-
ſtæ, non cum æruginoſus penitus factus ſanguis fuerit, & qui inditum alimentum trahere ſecum
in corruptelam poſſit, ſed qui potius ab hoc ipſo contemperari queat. ſed nec, cum ad uires æſti-
mata plenitudo fuerit, ſanari continuo æger poteſt, eo ꝙ cum inanitione unà ipſa diſſoluātur in-
terdū uires. Diximus de huiuſmodi affectu in opere de medendi methodo. Ergo raro inanitione

hominem continuo ſanum reddes, continget tamen quandoq; hoc, quemadmodum apparet. E
& huius ſanè rationis ueritatem clare oſtendit experientia. quidam enim ab euacuationibus ſta-
tim ipſis omni liberātur moleſtia: ſed nec hoſce affectus noſſe medico cuiuis promptum eſt, nec,
ut eos norint, ſtatim etiam dignoſcere eos ualent. Ii ſunt igitur, qui maxime nugentur, inter quos,
ut uerum fateamur, primas obtinet Iulianus, qui, cum nullum unquam cum artis operibus com-
mercium habuerit, ex his tamen, quæ ipſe nouit, audaculus reperitur. Cæterum nos ſæpius inter
ipſa artis opera poſt utriuſq; plenitudinis inanitionem homines ſanitati continuo reſtitutos oſtē
dimus, utranq; dico, & quam ex uaſorum æſtimamus capacitate, cui plethoræ nomē eſt, & quam
ex uiribus metimur, quæ inanitione non diſſoluatur. atq; hæc, cum primum ægros quis uiſere in-
ceperit, unà cum ijs, qui ſanare nouerint, percipiet omnia.

*Aduerſus Theſſalum & Iulianum de humoribus, qui à purgantibus pharmacis trahuntur.* CAP. 8.

VIdeamus ea, quæ deinceps dicuntur, in quibus Aſclepiadæ rationem tractandam ſuſcipit
Iulianus peruulgatam illam, qua perſuadetur non proprios trahi à purgantibus medicamē
tis humores, ſed ab his generari. Sanè pauca quædam de re hac diximus in calce libri De elemen-
tis ſecundum Hippocratem, ſicuti in primo quoq; De naturalibus facultatibus. poſtremo ſocijs F
ita rogantibus librum etiam de hoc ſcripſimus unum, cui titulus de purgantium medicamentorū
facultate. quare uniuerſum de his ſermonem, qui ſcire uoluerit, inde ſibi petat: nos hoc in loco ijs,
quæ à Theſſalo dicuntur, reſiſtemus. prius tamen eius uerba adſcribam: Athletam, quem uolent,
capiamus bona præditum habitudine, naturaliterq; ſe habentem: huic bona in corpore cum inſit
materia, firmaq;, medicamentum exhibemus, quæq; excernuntur, ſumme corrupta oſtendimus,
unde colligimus, nemine, qui ijs contradicere queat, reperto, cum, quæ nunc excernuntur acerri-
ma ſimul ac corrupta, antequam medicamentum exhiberetur, talia athletæ non adeſſent (bona
enim is habitudine erat) nihil aliud nobis reſtare dicendum, quàm utraq; hæc à medicamento fie
ri: primum quidem materiam ab eo in corruptelam uerti, deinde etiam excerni, ſiue per uomitū
id, ſiue per aluum fiat. Hæc ſunt Theſſali uerba. audiſtis autem priuatim à me, quòd in bonæ habi-
tudinis aliquo humores purgentur omnes, id non magis, quòd nunc illi generentur, declarare,
quàm quòd antea cōtineantur. fruſtra igitur iſta attulit, neutram neceſſario, aut comprobans, aut
demoliens ſectam. quòd ſi aluum ſubducens aliquid exhibeat, non tamen medicamentoſum hoc
illis eſt. Neq; uero inuerecundi Therſitæ more exhibemus, & oſtēdimus, dicere debuit, cum neq;
exhibuerit id, neq; oſtenderit unquam, nec iam exhibentem alium, aut oſtendentem uiderit. At G
nos ij certe non ſumus, qui ea, quæ minime præſtamus, dicere, aut ſcribere audeamus, ſed oſtenſa
operibus prius ipſis ueritate, tum demum rerum explicamus artem: id quod ex his quoq;, qui de
Theſſali grege ſunt, audias licet, partim quot ex ijs, qui aqua inter cutem laborabant, medicamē-
to dato, quod aquam educeret, uentrem quàm primum ad ęqualitatem reduxerimus, partim etiā
quot ictericos ſanitati continuo reſtituerimus, bilem trahente medicamento exhibito. Verum
neq; hæc, neq; aliud huiuſmodi quicquam uidit unquam Iulianus. athletis purgans, inquit, exhi-
beo medicamentum, & oſtendo. ueriſimile uidelicet eſt, ut tāta præditus amentia athletas quem
bonis præditos ſuccis purget, aqua inter cutem laborantes non purget, non atra percitos bile, nō
eum, qui morbo, quem elephanta uocant, correptus ſit, non cancro affectum, non quem phage-
dæna, aut eryſipelas, aut alius quiſpiam, qui ex malo generetur ſucco, morbus infeſtet. ſatis nobis
de his ipſius nugis dictum ſit: nam, ſi, quæ audire dignus eſt Iulianus, dicere omnia inſtiterit ali-
quis, huic non iam uno aut altero, ſed longe pluribus libris opus fuerit. Veruntamen eorum, quæ
deinceps dicit, aliqua audiamus, hoc modo ſcribens: Aliud affero ualidiſſimū, quo maxime in-
ſpecto reſipiſcere eos æquum fuerat, non atra omnino bile agi: cum enim ſubeſſe bilem arbitra-
mur, pituitam purgans medicamentum damus, nec iam pituita, ſed bilis excernitur: cum uero pi- H
tuitam, hanc ipſam educente medicamento dato non pituita, ſed bilis utrobiq; deijcitur: hydro-
picis aquam ducens medicamentum damus, tuncq; cum manifeſto in hydropicis aqua continea
tur, præter omnium maxime opinionem exire aqua non uidebitur: par enim eſſet, ut, cum bilem
trahens medicamentum exhiberemus, bilis, cum pituitam, pituita educeretur. Hæc ſunt, quæ di-
cat, in quo admiratione dignum eſt, quod primum dixit, non oportere ab atra omnino bile agi:
nimirum nos atra percitos bile dicit, quicunq; Hippocratem laudamus. Quòd ſanè lepidum ſer-
monis genus illis potius cōueniebat, quibus atrabilarios ab atra infeſtari bile placet. porro fabu-
loſo Æſopi aſino ſimillimus eſſe Iulianus reperitur, qui, cum unà Ariſtoſito domino aceubātem
melitenſem quendam catellum uidiſſet, circumq; ipſum ſaltitantem, ac delitioſe ludentem, mota
ſubinde cauda, iucundam præterea quandam emittentem uocem, ob quæ læti conuiuæ erant,
ipſumq; exoſculabantur omnes, nihil moratus ſit, quin in ſellam cōfeſtim inſiliens ruderet, ac ſe-
ſe, caudam identidem, quaſſans, uerteret. Huic perquam ſimilis Iulianus cum ſit, cauilloſe in nos
inuehitur, obiecta nobis per iocum melancholia: quæ ab atra, ut ipſe ait, bile fit. Sine igitur, in te
nos de atra bile dicamus, qui, cum arte minus etiā quàm pueruli medici ualeas, in Hippocratem
inueheris. qua quæ nā maior inueniri melancholia poteſt? quæ manifeſtior ignorantia? quæ tan-
dem

A dem petulantior audacia? His nos iocoſe inceſſis Iuliane, indoctisq; ea ſermonibus complicas,
ut iam ne puerum quidem latere poſſit, quàm abſurda hæc ſint. Nam, cum Hippocrates dixerit
nullam neq; ætatem, neq; anni tempus, neq; aliud omnino inueniri tempus ullum poſſe, in quo
ex corpore noſtro humor aliquis totus pereat, ut quos ſemper nobis ineſſe dicat, ſintq; nimirum
ij, ſanguis, pituita, atq; utraq; bilis, quos in omnibus ineſſe omnes exiſtimat, incrementum autem
ſuſcipere in alia tempetatura, naturaq; corporis, ætate, tempore, regione, morbo, ipſius te demo-
liri rationem putas, ſi bilioſo pituitam ducens medicamentum cum dederis, hęc quidem euacue-
tur, ipſa bilis non euacuetur. Age uero, demus hoc manifeſto fieri, ut non ſemper proprium ſibi
humorem euacuet medicamentum, num falſum propterea uideri debet Hippocratis dogma? ſi
nanq; humores omnes æqualiter attrahit purgans medicamentum unumquodq;, ipſos autem in
propriam ſpeciem quandam mutare ſolet, nihil erit inter uenæ ſectionem, ac purgationem diſcri
* minis. Quòd ſi hæc ita habent, haud ſanè difficulter experientia poſſumus dogma ipſum proba-
re, duobusq; propoſitis hydrope laborantibus hominibus, quibus eadem adſit magnitudo, idem
corporis habitus, ætas eadem, alteri eorum aliquod, quod aquam trahat, medicamentum dandū,
alterius ſecanda uena, conſiderandumq; deinde, utri eorum profuerit id, aut nocuerit. par autem
B fuerat, ut idem in utroq; fieret euacuationis modus, ac tot mitterentur ſanguinis heminæ, quot eſ
ſent euacuatæ (ut ij quidem exiſtimant) aquæ à medicamento purgante. Verū demus etiam hoc
illis, & in altero quidem, qui purgatur, aquæ heminæ euacuentur, uerbi gratia, quindecim, in al-
tero autem, cui ſecta uena eſt, duæ tantum, uideamus nunc, uter horum iugulatus ſit (nam quid
aliud, quæſo, dicendum ſit de hydropico, cui miſſus ſanguis fuerit?) atq; uter adiutus maxime.
Quid mihi hic dices ò bone uir? num ſimiliter atq; ad eundem nos modum refellimus, quemad-
modum paulo ante tu faciebas? bilem purgans medicamentum alicui detur, inquit, qui aqua in-
tercute laboret, bilem hoc etiam ò bone uir euacuabit, uerum modicam, omneq; citra emolumē-
tū. Bilioſo, quod aquoſam detrahat materiā, detur, hoc quidē aquoſa euacuabit, ſed modica, nec
ſine detrimento: è diuerſo, quod aquam trahat, aſcite laboranti detur, quod bilem icterico, hic &
plurimum euacuabitur homo, & maximo præterea cum iuuamento. Hæc, ſi apud medicorū ali-
quem ſcripta nondum legit Iulianus, hominis admiror diligentiam: ſin, cum iſta legiſſet, auſus eſt
quæcunq; ſcripſit, ſcribere, par eſt, ut illius prudentiam admiratione proſequamur. Ego enim eo-
rum, qui iſta audierunt, offendi aures puto. Iulianus autem, *cum de his ſcribit, inſanire* nos arbitra
tur. Reſpondeat itaq; ijs, quos laudauit, philoſophis in memoriam reuocatis, à quo nam *ipſorum*
C demonſtrandi legem huiuſmodi acceperit, cuiuſmodi *uſus ipſe* eſt. ſi enim, inquit, bilem trahens
medicamentum, animantis natum eſt bilem expurgare, non ipſam generare, in pituitoſis non ſa-
nè bilis euacuaretur. quàm uero mire id, quod cōſequens eſt, nouit? O præclaram ſophiſtæ huius
dialecticam. Quidnam tam unquam prudenter Chryſippus, Ariſtoteles, Plato dixit? Qui, ſi de ijs
propoſita illis foret conſideratio, cum nulla penitus contineretur in corpore bilis, id prorſus ſe-
qui affirmarent, nullam quoque omnino à bilem trahentibus medicamentis exinaniri, cum ue-
ro modica ineſſet, quæ ab ijs traheretur, modicam quoq; futuram eſſe dicerent, quemadmodum
ſanè plurimam, cum plurima contineretur. At nouæ huius dialecticæ ſophiſta Iulianus, cum mo-
dica quandoq; in corpore bilis inſit, nullam prorſus bilem, hanc ipſam ducentia medicamenta ſe-
qui cenſet, & poſtea nos quidem inſanire dicit, quicunq; aqua intercute laborantibus aquam du-
cens medicamentum damus, ſeipſum uero prudenter agere, cuius placitis conſentanea eſt uenæ
in his ſectio. ſimillimum his ipſius ſermonibus eſt, quod in ſequentibus uerbis his affert: & quod
* magna ex parte uiciſſim intēditur, ac remittitur, inde terminata ſanitas ſimilis aliquis factus quā-
* tum ad nos, ſecundum omne continuitatis, quantum ad nos, in eo, quod rarenter, nec ſæpenume
D ro fit. Per hæc Iulianus opinionem refellit exiſtimantium corporeos ſemper eſſe paſſionum affe-
ctus intenſionibus, ac remiſſionibus in teſtimonium adductis, idq; facit, ratus ſe in hoc methodi-
corum opinioni conſentire, à ueteris autem magiſtri placitis diſſentire, cum tamen diuerſiſſimū
hoc ſit. Nam, qui in ſolidis animantis partibus inſunt affectus, obfirmati inſunt ac durabiles: at
quæcunq; humida ſunt, præterquam quòd in alias animantis particulas ſubinde decumbunt, par
eſt etiam, ut partim in halitum tenuefacta digerātur, partim etiam per meatus ſenſui patentes ex-
cernantur, & nunc quidem à gubernatrice animantium natura concocta, meliora, nunc à febrili
immutata calore, deteriora fiant: ac quædam ob calorem hunc difflentur, quædam rurſus bonis
admiſta alimentis meliora euadant, non nulla autem à prauis illis confluentibus corrumpantur,
ſiue ea prius etiam, quàm aſſumerentur, praua fuerint, ſiue non recte ea uentriculus cōcoxerit.

*Deſunt quædam.*

Accenſas uero ob putrefactos humores febres, nihil ſanè mirum ſit, ſi, prout collecti ij per loca
fuerint, putrefactiq;, atq; exinaniti, ita generationes, ac declinationes ſortiuntur. uerum hoc il-
los fortaſſe quiſpiam dicentes ferat. at, quod deinceps Iulianus ſcribit, non iam cum alijs commu
ne, ſed ipſi proprium hoc nunc referam. ſatius autem uiſum mihi fuit uniuerſa illius uerba, quan-
quam prolixiora, adſcribere, ad hunc modum habentia. Quod uero intelligi non poteſt, cum in

* plenitudinem, aut corruptelam pro eo, quod præſens poni debet, morbi refertur cauſa; quiſnam B
quæſo exactiſſime aliquid dignoſcet? affectu de toto corpore abeunte neceſſe eſt, omnia in om-
ni parte, particulaq; redundare fateamur. unà enim cum affectu perduret, opus eſt, continens cau
ſa. per totum autem eunt affectus, quales febres ſunt, & quamplurima alia, in quibus in toto ineſ-
ſe plenitudinem oportet, plurimamq;, cum plurimus morbus fuerit, atque ita conceſſum dicere.
Quòd ſi uero * * quod contradicit humoris plenitudo. atqui Iuliano non placet morbo-
rum, qui in uniuerſo conſiſtunt corpore, continentem cauſam in uno conſiſtere loco, ſed, ſi quis
fluxum etiam in bubone continentem eſſe ſupponat, febris cum ſit, in tantam incidet ſermo dubi
tationem, nam diſſoluto bubone, nec permanere illam, nec creſcere poſſibile eſt, cum manente
quidem neceſſe ſit, ut & febris ſoluatur: ſoluta autem continentem ſuiipſius cauſam bubonem ha
beat, oportet: exq; hoc præclari huius defenſoris ſubuerti rationem neceſſe eſt, qua ait fieri nõ poſ
ſe, ut morbi, uniuerſo in corpore qui ſit, cauſa unico conſiſtat loco, cum tamen nullam aliam con
tinentis cauſæ afferre rationem poſſit, quàm quòd ab ea aliquid fiat, ac cum ea pariter ceſſet, niſi
forte hoc etiam in loco, quemadmodum in aliis quoq; facere conſueuit, repente ſe Stoicum rur-
ſus profiteatur. uerum cum hoc fecerit, non modo morbi, ſed ipſius etiam ſanitatis cauſam afferet
aliquam, &, quod minime uult, calidum eſſe morbum aliquem, & frigidum, & ſiccum, & humi- F
dum dicere cogetur. Quambrem deſinat inanes has nugas afferre, neq; * modum, uerũ alia
excogitet, dum laudibus quidem nunc Stoicos extollit, nunc ipſorum etiam placita tollit.

# GALENI LINGVARVM G
## HOC EST OBSOLETARVM HIP- POCRATIS VOCVM EXPLANATIO,

Mario Nizolio Brixellenſi interprete:

*Nuper ab eodem recognita.*

CVM uolueris ò Teuthra linguas, hoc eſt uoces obſoletas, quæ apud
Hippocratem reperiuntur, quàm breuiſſime fieri poſſet, à nobis ex-
poni, libenter & prompte tibi paruimus, huiuſmodi ſtudiis pulcher-
rime morem gerere, pulcherrimum exiſtimantes. Erit autem, ut ipſe
iuſſiſti, ordo orationis noſtræ ex ordine literarum, à quibus ipſæ lin-
guæ initium capiunt, ſi prius tamen illud definierimus, inter expoſi-
tionem omnium uerborum Hippocratis & ſolarum ipſius linguarũ, H
quid interſit. Quæcunq; igitur uoces antiquis temporibus erant in
uſu, nunc autem non amplius ſunt, huiuſcemodi uoces linguas uo-
cant, & ad has exponẽdas accedimus. Alias uero omnes, quæcunq;
inquiſitionem quidem non minorem deſiderant, uſitatæ tamen in
hunc uſq; diem ſunt, in ipſorum librorum expoſitionibus ſuper his inſpicere commodius fuerit.
Quid enim iudicium, & quid diuinum, & quid integre, & quis in ſummo bonus habitus, & om-
nia, quæ talia ſunt, oratione quidẽ longiſſima ad explanandũ indigent, in cõmuni tamen uſu uer-
ſantur nihilominus, quã uita, & breuis & ars, & longa, & opportunitas temporis, & uelox, quan-
quã & harum uocum nõ nullæ expoſitionis egent. Ex quo mihi in mentẽ uenit admirari eos, qui
omnia Hippocratis uerba ſe expoſituros pollicentur, ſi quidem non intelligunt plura ſe præteri-
re, quàm docere. Dioſcorides quidẽ, non Herophilius ille cognomento Phacas, ſed iunior quidã
patrũ noſtrorum memoria multis libris ſcriptis non modo dimidiã, ſed ne tertiã quidẽ aut quar-
tam partem omnium uerborum Hippocratis exponit. Ac præter alia multa cumulus etiã accedit
horum duorum, quæ ab eodem in toto opere peccantur. primum quia de manifeſtiſſimis nomini
bus mentionem facit, ad quæ intelligenda non modo multa, ſed ne minima quidem explanatio-
ne opus eſt. Deinde quod hoc ipſum non ſemel tantum, ſed ſæpiſſime facit. Hæc igitur nos con-

A tempſimus & præter hæc etiam omiſimus exponere formam uniuſcuiuſq; arboris & herbæ, & eorum, quæ ex metallicis fodinis eruuntur, tum autem & piſcium & animalium omnium, de quibus frequenter mentionē facit Hippocrates. Quæ quidem Dioſcorides is, de quo loquor, non erubeſcit trāſcribere ex libris Nigri, & Pamphili, & Dioſcoridæ Anazarbæi, atq; ante hos Crateuæ, & Theophraſti, & Heraclidæ Tarentini, & aliorum innumerorum. Idem quoq; notiſſimarum urbium nomina exponit, ſimiliterq; Aſtrorum manifeſtiſſimorū, quæ ne puer quidem ignorare poſſet. Atq; in his exponendis non hic ſolus, ſed etiam alij complures peccant. Hæc igitur omnia ſi quis amputet, linguas explanauerit ſolas, ut Herophilus fecit, & Bacchius, cui Ariſtarchus grammaticus multitudinem exemplorum congeſſit, ut aiunt. nos autem (ut ſcis) plura etiam, quàm illi, excerpſimus, eaq; in commentarijs habemus. Quę celeriter & ipſa ſi uolueris, latione enarratione colligemus tibi. Nunc autem, quod iudicatum eſt, & longioribus illis commentarijs demonſtratum, roganti tibi, ut per capita habeas, præſens liber compoſitus eſt, complectens non ſolum omnia nomina, quæ cum ab alijs antiquis uſurpata fuerint. nunc amplius in uſu non ſunt, ſed etiā quæcunq; ipſe Hippocrates proprio aliquo modo ſibi fecit, uel transferens à conſuetudine, uel figuram accommodās aliam, uel ſignificationem mutans. nanq; antiquos multa ſibi nomina feciſ-
B ſe, oſtenſum quidem ſatis eſt ab Eratoſthene in libris De antiqua comœdia, ſed ego quoq; idem tibi paucis per exempla poſſum demonſtrare, cum pauci admodum facultatem habeant euidentius diſcernendi, quid nam lingua ſit, & quid linguę ſimile ab antiquo aliquo factum. Puto autem tibi Ariſtophanis exempla ex Detaleis abunde ſatis factura, quæ ferè ad hūc modum habent. Ad hæc tu dic Homere, quanam lingua uocant κόρυμβα. In illa enim fabula ſenex quidam ex Detaleis proponit procaci filio primū, κόρυμβα quid ſint, ut exponat, poſtea uero, qui uocēt ἀμενηνὰ κάρηνα: Et ille quidem uiciſſim proponit linguam, quæ in tabulis Solonis eſt ad cauſas differētes hoc modo. Tuus quidem, meus autem hic frater dicat, quid uocēt, ἰδύοιπ. Deinceps proponit, quid nam ſit bene facere, ex quibus manifeſtum eſt linguam antiquum eſſe nomen, quod ex conſuetudine decidit. Quod autem unuſquilibet eorum, qui in ſtudijs doctrinæ uerſabantur, putabat licere ſibi facere noua uocabula, ſatis indicat & Antiphon, qui quomodo ea facienda ſunt, edocet. Indicat etiā & ipſe Ariſtophanes in eadem fabula his uerbis. ἄλις ὀρέλη καὶ μύρου καὶ ταινίαι. Poſtea ſenex irridens, ἤδυσ' ὀρέλη iſtud eſt ab Lyſiſtrato. Rurſus autem, cum procax filius dixiſſet, fortaſſe à nobis non perterreberis tempore. & hoc filij dictum ſenex irridens, ait, hoc perterreberis à rhetoribus eſt. tum rurſus, cum ille dixiſſet, quò tandem tibi hæc uerba euadent. Rurſus ſenex & hoc, eua-
C dent, tanquam ab Alcibiade ſumptum carpit, ac filius quidem nondum deſinens neq; reuerens ſenem, quid cōiectas? etiam malos uiros diceres eos, qui exercent probitatem. Poſtea ſenex ô Traſymache, quis horum patronorum te liberat? Manifeſtum igitur puto ex his tibi factum eſſe, ut dixi, eſſe modum linguarum, cum nomē commune omnibus à conſuetudine ſuperante cecidit, uel factum ab aliquo antiquorum nō omnino receptum fuit in conſuetudinem. Sic igitur & Hippocrates ex nominibus, quæ uſitata non ſunt, aliqua aſſumit, aliqua ipſe facit, aliqua autē nouis adiunctis ſententijs mutat, quorum unumquodq; unà cum linguis exponendum cenſemus, cum ex conſuetudine, quæ nunc eſt, cecidiſſe uidebitur. Sic igitur, ſi cuius etiam ſtirpis nomen uel animalis uel urbis ualde obſcurū fuerit, hoc tibi inter ipſas linguas exponemus. & omnino hoc ſpectabimus, ut non tibi ſoli, ſed etiam alijs, qui modo primas literas attigerint, liber hic utilis exiſtat. ſi uero quiſpiam neſcit, quid ſit ἀνερήσομεν & ἀπὸ πρόσω & ἄμφω ἀμφίεσμα, & alia, quæcunque talia ſunt, ad Dioſcoridem eum & ad illius ſimiles remittemus, ut ad eos, qui talia docere non indignū putant. Cum igitur aperte definitum ſit à nobis, quid nam ſit lingua, quid uox uſitata, & cum dictum ſit exiſtimaſſe nos idipſum, quod iudicatum eſt à nobis & demonſtratum in alijs libris, hic tibi ſolum ſine demonſtratione eſſe ſcribendum, ad explanationem iam ipſarum linguarum acce-
D damus, eligentes ipſas ex omnibus libris nō ſolum uere Hippocratis, ſed etiam ex ijs, qui Hippocrati quoquo modo ſunt inſcripti. Quòd autem multæ à Bacchio prætermiſſæ linguæ hic ſcriptę ſunt, quodq; nullam nos prætermiſimus, ipſe liber docebit, quemadmodum & illud, quod, prout uidetur oratio poſtulare, aliquando quidem interpretamur ipſam locutionem, qua cum expoſuimus linguam. in plurimis autem id facere negligimus, cum ſine interpretatione ſperamus ipſam explanationem fore manifeſtam.

# INITIVN VERBORVM.

## LITERAE A.

Ἀγκυλιδωτόν. Anſulam uel annulũ habẽs, dictum eſt autem de curru.

ἀγκυρομήλη. Specium ſiue ſpecillum hamatum quo medici & chirurgi uulnera uel ulcera pertentant.

ἄγλιθες. Partes capitis allij.

ἀγρίη κολοκύνθη. Colocynthis.i.agreſtis cucurbita, ut Crateuas & Dioſcorides & Pãphilus.

ἄγροφον. Montanum ſylueſtre.

ἄγυια. Imbecillia, quaſi membris carentia.

ἀγχόμενος. Qui ſuffocatur.

ἀδαξᾶσθαι. Morderi cum pruritu.

ἀδιώτως. Negligenter, ſine cura.

ἀέτωμα. Pars tecti in ſublime erecta, ut triangulus.

ἀπέλγεται: Remittitur, reſoluitur.

ἀθήρ. Et tuberculi, quod in palpebra oculi natũ à ſimilitudine hordei Crithe dicit̃, pars acuta eſt, ut in ſecundo De morbis minore, & eius partis ſummum. quæ in cuſpide ſagittæ πώγων, hoc eſt barba appellatur, ut in quinto De morbis popularibus.

ἀθώρηκτος. Qui non ebrius eſt.

ἀγλίη. In oculis albicans cicatrix, ut in maiori de prædictione, & albeſcentes humores cõcreti, ut in Coacis prænotionibus.

αἰγόκερας. Quod & βούκερας, & τῆλις.i.fœnugræcum.

αἰγύπτιον ἔλαιον. Ægyptiũ oleum, quod ipſi uocant cicinum. ueteres quidem ex ricino ricininum.

αἰγύπτιον ἔλαιον λευκόν. Ægyptiũ oleum albũ, quod ex lilijs conficitur, & lilinum & ſuſinũ nominatum eſt.

αἰγύπτιον μύρον λευκόν. Ægyptium unguẽtum album, quod & mẽdeſium nominatum eſt, cõfectum ex lilijs & odoribus, propterea quod unguentum non oleum uocatur, idemq́ lilinunguentũ & ſuſinum unguentum appellatum eſt.

αἰγύπτιον μύρον. Ægyptium unguentum ex flore Ægyptiæ ſpinæ, quod & metopiũ nominatum eſt.

αἰγυπτίην στυπτηρίαν. Ægyptium alumẽ, quod et ſciſſile & triſciſſile nominamus.

αἰεί. Significat aliq̃n, apud Hippocratem etiam donec, & apud multos alios antiquos.

αἰθάλη. Idem quod fumus uel fuligo.

αἰθιοπικόν. Subaudiendum eſt cuminum.

αἰθόλικες. In ſumma cute circuli, ſimiles circulis rubris, q ab igne excitant̃, ab αἴθειν, q̃d eſt urere nominati, & αἰθολικώδεα. uidelicet his circulis ſimilia, quæ multi uocant αἱμάλωπας.

αἱματοφλεβοϊστάσιες. Sic enim Dioſcorides ſcribit, compreſſiones ſupertumeſcẽtis ſanguinis exiſtimans ſignificari. Quoniam & alibi ait, in inflammatis ſanguinis effuſionibus retentio opportuna. plures tñ ſcribunt αἱμαθοφλεβοϊστάσιες, & uenas inflatas ſanguinis plenas ex nomine ſignificari putant. E

αἱμοκέρχνα. In ſanguinis effuſione aſperitatẽ inducentia, hoc autẽ eſt morſus quidam ſubaſper irritans in aſpera arteria.

αἰνειάτης. Ab Ænea ciuitate Thraciæ, quẽ eundem & αἰνειοτικόν aliquando uocat.

αἰόλλεσθαι. Quaſi uagari & errare.

αἰών. Vita.

ἀκαλήφη. Quæ quidem & urtica.

ἀκεστά. Curabilia, nam ἄκη, medicamenta ſunt.

ἀκήρατος. Incorruptibilis.

ἀκίς. Sic nominatur ferrum ſagittæ.

ἀκόνην. In adiunctis libro De ratione uictus ſic nominauit mortariũ, ſimiliterq́ Theophraſtus libro De ſtirpibus octauo. F

ἄκυσα. Repleta.

ἀκράλεα. Filia fœmina, Minerua, Venus.

ἀκρέσπερον. Summa ueſpera, hoc eſt prima & incipiente.

ἄκρητον. Impermiſtum. ſic. n. nominatur omne quod cum altero miſtum non eſt, & puram ſuam ſeruat naturam.

ἀκρητόχολος. Puram contrahentes bilem.

ἄκειρον πάγος. Velut immenſum ſpacium, dictũ eſt aũt in libro De hebdomade, de eo, quod eſt extra mundũ uel infinito uel inani, quod cogitatione informari non poteſt.

ἀκρόπλοα. Superne & tanq̃ in ſummo nauigantia, ſic & ἀκρόπλοοι, in ſummo nauigantes. G

ἀκροαπίς. Lingua ſic dicta eſt in ſeptimo De morbis popularibus, tanq̃ ſua ipſius extrema non informans, hoc eſt in articulata propter motus difficultatem.

ἀκροβαπές. In ſuperficie mutatum.

ἀκρόψιλον. In ſummo glabrum, hoc eſt nudum.

ἀλαΐα φθίσις. Incomprehenſibilis corruptio. Sic nominata eſt in libro De locis in homine, tanquam cæca & inuiſibilis.

ἀλάπτης. Qui eſt ex Alaptis, Alapta enim oppidum eſt Thraciæ.

ἀλάστορες. Et ipſi homines qui talia perpetrant, ob quę cruciari mereantur, & uindices Dei, qui eos perſequuntur.

ἀλγήματα. Ægrotationes, nam ſæpe & de ipſa ægrotatione nomen inducit, & τὸ ἀλγεῖν ſimiliter pro ægrotare, & aliquid pati & alia ab ipſo. H

ἀλεαίζειν. Calefacere.

ἀλεῖον ὕδωρ. Aqua cõferto imbre congregata.

ἀλεῖον. Congregatum, confertum.

ἀλεξητήρια. Remedia & auxilia, quæ malis arcendis adhibentur, nam & ἀλέξασθαι auxiliari eſt.

ἀλέουσιν. Congregant.

ἄλειφα. Oleum uel adeps.

ἀλέως. Collectim.

ἀλεότητα. Congregationem.

ἀληθέωσιν. Decipiant, imponãt, dictum eſt autẽ & in errore.

ἀλθεῖν

A ἀλθεῖν. Curare, ſanare.

ἄλθεξις. Curatio, ſanatio.

ἀλθίσκειν. Curare, ſanare.

ἄλκαρ. Remedium, Auxilium.

ἀλλογνοῶν. Deſipiens, & tanq̃ alia percipiens, quam quæ ſunt, ſic & ἀλλοφρονήσας dictũ eſt ab ipſo, de eo qui mente alienata eſt.

ἀλλοιοτροπεῖται. Vertitur uarie.

ἀλλόκοτον. Obſcurum & incognitum.

ἀλλοφάσσοντες. Deſipientes, inſanientes.

ἀλαοί. Cæci, quod & ἀλαὸς cæcus eſt.

ἀλυκόν. Salſum.

ἀκρητόχολον. Sic nominat eum, quem & ἀκρόχολον, hoc eſt, qui puram congregat bilem.

ἀλύζει. Fluctuat, iactatur. ſic & ἀλύξει in futuro
B dictum eſt.

ἀλυσμόν. Quod & fluctuationem quandam & hæſitationem, quin & agitationem uocant, & ἀλυχὴ hoc idem.

ἄλφιτα. Non ſolum ex hordeis farinæ ſic uocantur. nam in primo De morbis mulierum, ἄλφιτα πυρεινὰ, hoc eſt farinæ triticeæ dictũ eſt. in ſecundo autem De morbis maiore, & lentium, et erruorum ſiccatorum. Omnis igitur moliti grani mediocri magnitudine fragmentum ἄλφιτα appellant, nam maiora fragmẽta, κρίμνα, hoc eſt craſſiores farinæ, minora autem ἄλευρα, hoc eſt tenuiores farinæ nominantur.

ἄλφιτα προκώνια. Quæ ante coni ſiue metæ con
C ſtructionem fiunt, hoc eſt ex recẽtibus & teneris hordeis, conus enim quidã in aeris etiã nunc erigitur, & maxime in pluuioſis regionibus, lignũ rectum, circa quod componuntur fructus in coni uel metæ formam.

ἀμαλδύνεται. Ipſi uſitatum eſt, quaſi offuſcatur, & quaſi obſcurat̃, ut in ſecundo De morbis mulierum, oculi offuſcantur.

ἀμαλῶς. Et molliter, quod idem ualet, quod nõ ualde, ut in libro De purulẽtis. Hoc aũt molliter uitant, & facile: ut in primo De morbis maiore, & oculis nõ facile uidebat, & in ſecũdo maiore, & cibos non facile recipit.

ἀμαμηλίδας. Genus quoddam meſpili, plurimũ in Italia naſcens, ut Dioſcorides ait, qui-
D dam autem ἐπιμηλίδας aiunt eſſe poma parua ſylueſtria.

ἄμβη. Altior eminentia.

ἀμβλυωσμός. Scilicet abortio, ab eo quod eſt, abortare, ſed & ἀμβλυωπία, hebetudo uiſus, ut in maiori de prædictione.

ἀμβλυωπώτερα. Obtuſius uidẽtia, hoc eſt obſcurius.

ἀμίρων. Auferens & accipiens.

ἀμυδρόν. Inualidum.

ἄμη. Quodam modo, ex aliqua parte, mediocriter.

ἀμύξας. Qui eliſit & laniauit.

ἀμοίη. Sic in libro De ijs, quæ ad chirurgiã pertinent, Dioſcorides ſcribit, Mediocri compreſſu uiciſſim declinent ad augmentum, & reformationem carnium faciant. Cæteri aũt ſcribunt ἀλλοίη. Ait autẽ Dioſcorides ἀμοίη, mediocria eſſe, ſed teſtimonium nullum apponit.

ἀμυσί. Totum ſimul, ſine clauſione labrorum.

ἀμφιβραχίων. Locorum, quæ ſic uocantur, circa tonſillas.

ἀμφίδιον. Oris uuluæ rotũda extremitas, quę labris cucurbitulæ ſimilis eſt, per metaphorã à mulierũ armillis nominata, quæ & ipſæ ἀμφίδεα uocantur ab eo, quod eſt comprehendere circulariter & tanquã circumligare.

ἀμφιδέξιος. Tanq̃ utrinq; dextra. hoc eſt utriſq; manibus ut dextra utens. talis. n. eſt & apud poetam ambidexter, ſic Hipponax dicebat, ambidexter enim ſum, & non pecco. Quidã ἀμφιδέξιον intelligunt, nõ recte, eam, quæ in dextris partibus uuluæ concepit.

ἀμφιμήτριον σημεῖον. Sic nominauit in ſecundo De morbis popularibus, quod affectionum uuluæ ſignificatiuum eſt.

ἀμῶς. Quodã modo, ex quadam parte, mediocriter, ἄμη, de quo ſupra dictum eſt.

ἀναγνῶναι. Sententiam mutare, ueteribus dediſcendis noua diſcere.

ἀνάκαρ. In ſuperiorem partem, ut ἐπίκαρ, in inferiorem partem ex montibus.

ἀνακικίουσιν. Reſiliunt.

ἀνακῶς. Caute uel apte ad cuſtodiendum.

ἀνακωχή. Intermiſſio, dilatio.

ἀναλδές. Quod non alitur, quod non augetur.

ἀνάλμυροι. Inſulſi uel non ſalſi, Dioſcorides ſic, Multi diuidentes legunt.

ἄναλτον. Sine ſalibus, & non ſalſum.

ἀναπλάξεις. Illinitiones, Inunctiones.

ἀναπλῆσαι. Forare, perforare.

ἀνάῤῥινον. Per nares retro uerſum iens. Quidam diuidunt, ἀνὰ ῥινόν. ut ſit per cutem.

ἄναυδος. Qui bene & apte uerba facere nequit. ἄφωνος autem, qui omnino uocem emittere non poteſt. In tertio morborum populariũ deinceps inuicẽ de Pythione dicta ſunt. ſic habet & illud apud poetã de equo. Loquentem autem fecerat Dea alba ulnas Iuno.

ἀναφυσᾶν. Significat interdum & ſubſingultire reſpirãtem, ut in primo De morbis minore, & ἀναφυσᾶν, ut pueri cubantes flenteſq; & in nares retrahẽtes ſpiritũ. hoc idem eſt, cum ſpiritus in aliquid impingẽs, dũ extra fert̃, retro duplici reuocatione atq; intro recipitur.

ἀναχάννεται. Suſcitatur.

ἀνδρογένειαν. Per uiros ſucceſſio generis. nam per mulieres ſucceſſio tale aliud nullum nomen habet ſimile.

ἀμβήξατο. Cum tuſſi expuit.

ἀνειλύματα. Tormina, στρόφους.

ἀνειλιχθῶσιν. Surſum uerterint, conuoluerint.

ἀνερυσθέωσιν. Euulſi fuerint.

ἀνέσας. In ſublime maxime ſurſum pendens, compoſitum

compoſitum eſt ex ſurſum & profectus.

ἀνεμοῦνται. Inflatur.

ἀνερίκτων. Inconcuſſorum.

ἀνεστραμμένα. Perturbata, dictum eſt de urinis.

ἄνεος. Mutus, & mente perculſus.

ἀνώδυνος. Carens moleſtia, & illæſus.

ἀνηρίκτῳ. Non diuiſio in minuta, ſed ex ultimis farinæ craſſioribus partibus compoſito.

ἄνθεα. Flores non ſolum hos ad coronas, ſed ad alia omnia ſic nominat. ac ſemina ſimiliter aliquãdo uocat, ut in ſecũdo De morbis mulierum. ſed & rubores ut in Coacis. & ſputa ἀνθηρὰ rubra & ſuberuenta dicit in ſexto De morbis popularibus.

ἀνθίνην οἶνον. Hoc eſt, florulentũ quod ita nominatur, uel ex floribus grato odore præditũ. Quemadmodũ et κυκεῶνα ἀνθινόν. hoc eſt potionem quandam floribus conditam nominauit in ſecundo De morbis maiore.

ἀνθινὸν ἔλαιον. Lilinum uel irinum dicit, quod ipſum etiam ſuſinum uocatur.

ἀνθινὸν μύρον. Quod & ſuſinũ unguentum & lilinũ unguentũ. Differt aũt à florato oleo ante ſcripto uarietate odoramentorum.

ἀνέθυνον. Videlicet ſurſum direxerunt.

ἀνωργισμένον. Quod eſt & remollitũ, quoniam μαλάξαι eſt mollire, & tanquã ſubactum & emollitum, ut in ſecũdo De morbis maiore.

ἀνῆκοντώσιος. Reuerberationis eius, quæ remo fit. Quod & σκήμπτων uocatur.

ἀντίῤῥινα. Herba quædam, quam bucranion & lychnida agreſtem uocant.

ἄορτρον. Pulmonis pars ſeparata ex utraq; parte, ut in libro De morbis maiore. præterea & ἄορτριν, hoc idem aliqñ appellat, ut Dioſcorides arbitratur. ſed hoc non ſatis conſtat.

ἀπαρτίως. Perfecte & exacte. Dioſcorides autẽ ait hoc uerbum totum contrarium ſignificare, ut in libro De ratione uictus acutorũ, ubi ait, & plerunq; perfecte in talibus temporibus tranſeunt ad ſorbitiones. Mihi autem & hoc loco uidetur perfecte & exacte ſignificare, atq; hoc modo Attici hoc nomine utũtur, cuius plurima exẽpla in paruis commentarijs habere poſſis.

ἀπεβράσσετο. In quinto De morbis popularibus ſic ſcribit Dioſcorides, & ait ipſe hoc ἀπεβράσσετο uerbo ſignificari & ἀπεβήσσετο, cum alij ferè omnes ἀπεβήσσετο, hoc eſt euenit ſcribant. Dioſcorides enim & Artemidorus cognomine Capito, ex eo quod alijs uſitatum erat, nomina multa tranſmutauerunt nihil diuerſum ab antiqua ſcriptura indicantia, quorum nobis quoque neceſſe eſt meminiſſe.

ἀπιλλήθη. Excluſus fuit, ἴλλειν enim claudere.

ἀπεῤῥήχθη. Excluſus eſt.

ἀπόγονα. Fœcunda, quidem intellexerunt infœcunda.

ἀποκεκαρπωκός. Qđ omni fructu exhauſtũ eſt.

ἀποκεκριμένῃσι. Separatis. E

ἀποκηδέστερον. Negligentius.

ἀποκναίειν. Maxime quidẽ abradere, ſed & corrumpere & extenuare.

ἀπομυλλαίνας. Protendens labra compreſſim.

ἀπονενοημένως. Sine reuerſione ſiue irreuertibiliter, ut ita dicam.

ἀποπαλλήσιος. Expulſionis, hinc & expelletur, aliquando quidem actiuum expellere ſignificat, ut in primo De morbis mulierũ, aliqñ & paſſiuum expelletur, ut in libro De natura hominis.

ἀπορέγει. Porrigit.

ἀποσβεὶς. Extinctus.

ἀποσιτικά. Quæ faſtidium cibi & inappetẽtiam faciunt. F

ἀποσκήψεις. Scarificationes ſiue uenarũ ſectiones, ut in primo De morbis maiore.

ἀποσκληρύνει. Exiccat, indurat.

ἀπὸ σπαρθάζουσιν. Palpitant, uel ſaliunt, ut in ſecũdo De morbis.

ἀπόσφαγμα. Fœculenta colatura, quod & ὑπόσφαγμα dicitur.

ἀπτίστων. Integrorum, in integras farinas diuiſorum imperfecte fractorum, parte furfuracea non ſecreta.

ἀπυρομήλῃ. Acumen non habenti, hoc eſt, auriculario ſpecillo.

ἀρακίδας. Triticea legumina minuta. legumen enim eſt aracos. G

ἀρβύλαι. Calcei alti.

ἄργης. Serpens quidam ſic nominatus.

ἄρδας. Sordes quædam & ſpurcitia, & ἀρδαλῶσαι. Fœdare.

ἄρθρικον. Articulis accommodatum.

ἀρικύμων. Quæ cito prægnans fit.

ἄρις. Non ſolum inſtrumentum, ſed etiam herba quædam ſic nominatur.

ἄρκτος. A ſeptentrione ſpirans, quidam autem ἄρκτιον omnino ſcribunt.

ἁρμαὶ. Suturæ in capite.

ἀρμοῖ. Statim, Dorica uox.

ἀῤῥοίας. Suppreſſiones menſtruorum.

ἀρτίζωα. Paruo tempore uiuentia.

ἀρτίστομα. Vndecunq; plana. æqualia. H

ἀσκαρίδες. Vermes tenues & longi in recto inteſtino geniti.

ἀσκοὺς. Figlinas ollas, quas & πυριάτους & φακοὺς nominant.

ἀσᾶται. Et igneſcit, ut in primo De morbis mulierum, & faſtidioſa ſatietate ac grauiter affectus eſt, ut in ſecundo De morbis maiore.

ἀτέραμνα. Difficilia ad conficiendum & dura.

ἄτρακτον. Non ſolum eum, qui ad lanificium utilis eſt, hoc eſt fuſum, ſignificat, ſed etiã lignũ ſagittæ.

ἀττικὸν ἀγγεῖον. Atticam ollã, aliquando quoq; echinum appellatam.

αὐαντὴ, uel αὔαψη. Quidam deſiccans morbus.

αὐτίτην. Vinum huius anni, præſentis anni.

αὐτόδρομον

A αὐτόδρομον. Quod per ſe mouetur, ut in libro De Hebdomadibus

αὔτως. Stulte.

ἀφάς. Vincula, ab eo quod eſt uincire.

ἀφασσόμενα. Fricata, & ἀφησσαμένη, quę fricauit, uel contrectauit.

ἀφράζει. Deſipit, intelligendi expers eſt.

ἀφροῦντα. Spumantia, bullæ modo tumeſcentia.

ἀφύει. Dealbatur, & tanquam aphyes colorem habet, ſic & ἀφυώδης uocat aphyæ colore ſimile.

ἀχιλληιάδας κριθάς. Bene nutrita hordea & magna, à quodam Achille nominata ut aiunt, agricula Babronij.

B ἀψίρροον. Retro fluens.

ἀψυχεῖ. Animo deficit, & ἀψυχίη animi defectus.

β

βάκχαρις. Lydium quoddam unguentum.

βαλβίς. Concauitas oblonga.

βαλοῖος. Qui ex Valœa urbe Macedoniæ.

βδέλλω. In maiori de prædictione, & ſecundo, ut quidam inſcribunt, uaricoſam uenam ait ſic nominari Dioſcorides. mihi autem uidetur proprie dici nomen de ipſo animali. etenim affui olim cũ hoc diceretur in eo libro, & dubitãtibus multis de his quæ fierent, ſo-

C lus ego ex ſcripto aggrediens præcognoui ueritatem.

βηκέοις. Ouibus.

βησσιακή. Ex beſſis in Thracia.

βλακεύειν. Paruipendere.

βλαβεραί. Humidæ, mucoſæ.

βληχρόν. Legumen quoddam, quod & βλήχιον ſcribitur.

βοάνθεμον. Bouis oculus, quod idem chryſanthemon nominatur.

βόλβιον. Quale ipſum eſt Hippocrates docet in libro De morbis mulierum. male igitur quidam bulbi nomine narciſſum ſignificari putauerunt.

βολβιτία. Quæ à multis βομβύλια appellãtur, ge

D nus autem eſt hoc paruorum polypodum.

βολιτόν. Stercus boum.

βομβύλιον. Poculum quoddam anguſtum os habens, uel potio uel poculum à reſonando dictum.

βοὸς θαλασσίου. Bouis marini, chartilaginoſus eſt hic piſcis.

βουβάλιος. Cucumer agreſtis.

βούκερας. Fœnum græcum, Menitheus in appellationibus medicamentorum, & anagallidẽ ſic appellari ait.

βουπρήστης. Et animal cantharidi ſimile, eſt & quoddam olus agreſte, cuius mentionem facit Dioſcorides in primo De ſanitate tuenda, & in libro De oleribus.

βρῆγμα. Quod cum tuſſi expuitur, in primo de morbis maiore, & βρήσσειν cum tuſſi expuere, quidam hæc ſine litera rho ſcribunt.

βρόγχης. Chartilagineæ arteriæ.

βοτράχου. Ranæ dicit, quidam autem omnino βατράχου ſcribunt.

βρυγμός. Stridor, qui ex dentibus colliſis efficitur, & βρύχειν ſic ſtridere.

βύζην. Cumulate, uel denſe.

γ

γαλιάγκωνες. Qui paruum & gracile habẽt brachium, partes autem circa cubitum turgidiores, ut muſtellæ. qui autem aiunt γαλόν brachium nominari, & hoc poſitum eſſe nomine, fortaſſis uideri poſſint male intelligere, nõ enim γαλιάγκωνας, ſed γαλιοβραχίονας oportebat ipſos nominari.

γαμψούς. Curuaturas habentes quaſdam.

γαυσός. Curuatus in partem exteriorem.

γιγγλύματα. Contrario modo ineunt inter ſe ut in ianuis cardines.

γῆς σμηκτίδος. Cimoliæ. i. albæ cretæ.

γῆς κεραμίτιδος. Argillæ.

γῆς χαλκίτιδος. Nihil plus ſignificat, quam chalcitis lapis.

γήχυτον. Exterior pars terræ, quæ mollis eſt, & minime lapidea.

γλαμυροί. Aquoſi & humidi.

γλοιάζειν. Conniuentes uerſare oculos, & γλοιώδως per ſimilitudinẽ, dormitanter, ut eo utar uocabulo, dicebant.

γλυκύμης βοτάνης. Glycyrrhizæ, uel dulcis radicis appellatæ.

γόγγρωνα. Tumorem gulæ, ab eminentijs rotundis, quæ in truncis arborum naſcuntur, ut Theophraſtus in primo de ſtirpibus, ſic inquiens, non nullæ autem gongros à quibuſdam uocatos habent, uel quod pro arboris natura reſpondeat, ut olea.

γογγύλιον. Rotundum, & γογγυλίδια, parui globuli, ut pillulæ.

γριφόμενα. Quæ inuoluuntur, dictum à gripho quod eſt rete piſcatorium.

δ

δακτύλιος. Circulus, Rotula, in libro De ſterilibus.

δαιτίδες. Magnæ lampades ardentesq́ꝫ uocantur, abutentibus autem aliquando ſignificat etiã allij caput, eo quod ex multis ſpicis cõpoſitum colligatur ut lampades.

διεδρος. Tranſparens. In ſecundo de morbis maiore.

διακνίει. Idẽ quod mœrore afficit, quod ipſum & διακναίει dicitur.

διαπεπληγμένα. Multum circa crurum exortum diuaricata, πληχὰς enim quod inter exortũ

crurum,

crurum inter eſt.

διάσημα. Tanquam lanis ſimilem corporum ip ſorum compoſitionem.

διαστομωτρίδα. Specillum dilatans.

διαφλύξιες. Effuſiones.

διαφλυχθεῖσα. Perfuſa, humectata.

διαφλυχθέν. Humectatum.

διαφλύοντα. Humectantia.

διάφρος. Spumans.

διὰ χωρίου. Ex interuallo.

δίδυμη. Radix herbæ, quæ & ὄρχυς nominatur.

διεβλήθησαν. Decepti fuerunt.

διῆσαι. Concutere, in ſecundo de morbis mulierum ſignificat tranſcolare & diuidere.

δίιδρος. Humida, exudans.

δικλείδης. Bipartitus, ut poſſit inferiore parte clauſa ſuperpoſitam aperire.

δίκρουν. Tanquam biceps, quod & bifidum dicitur, quod ipſum etiam ἤδικρον ſignificat.

διόπτης. Templi curator, à diſpiciendo & curando, quæ ſunt in ipſo.

διορώδης. In ſeroſum & aquoſum mutationis.

δίπνοον. Foramen paruum eorum, quæ ad uacua perforata ſunt, & tanquam duobus oribus reſpirant.

δόρπου. Cœnæ.

δρυπτά. Dilacerata.

δυσβίνης. Critias in libro De natura amoris, uel uirtutum, ſic exponit nomen, δυσβίνης autem eſt quicunque propter parua triſtatur, & propter magna magis quàm alij homines uel diutius.

δυσήνιος. Qui non facile triſtatur, eſt autem & difficulter frenabilis, & moroſiſſimus.

ε

ἐβλημάθη. Mollificatus eſt, molle factum eſt.

ἐγγαστρίμυθοι. Qui clauſo ore loquuntur, quia uidentur ex uentre loqui.

ἐγκάμψει. Innixu, & ἐγκεκαμμένοι inflexi, innitẽtes, incumbentésue, et adunci, dictum eſt autem de unguibus.

ἐγγενές. Congenitum, proprium.

ἐγκάς. In profundo.

ἐγχαλίνωται. Frenis uelut circundatus eſt.

ἐγλαυκισμένος. Qui ſubterreſtris & ſubliuidus eſt, qui deſijt albus eſſe.

ἔγρησις. Vigilantia.

ἐδράχαται. Conſtringunt.

ἔθρασσεν. Pungebat, ſtimulabat.

ἐκβράσσει. Eijcit, expellit.

ἔκδεξιν. Succeſſionem.

ἐκκολύψας. Qui corticem detraxit.

ἐκλύσθω. Significat aliquando & inundetur, ut in libro De ſterilibus, et in adiũctis libro De uulneribus capitis.

ἔκμαγμα. Et ſubacta maſſa, & crocomagma, ut in libro de ſterilibus. E

ἐκμάξαι. Et formare, aliquando etiam aliud facere, & mutare, ut in libro De ſterilibus, digito formare, hoc eſt tanquã rotulã effingere, ſed & exprimere, ut in libro De morbis primo maiore, De ſpongia, & mercuriali herba, & ſambuci folijs.

ἐκματεῖσθαι. Inueſtigare.

ἐκμίγνυται. Emundat ſemen.

ἐκνεφίας ὄμβρος. Imber cum ſole factus.

ἐκνεφίας πυρετός. Humida ſimul & inflammata febris, quemadmodũ & ſol, cum quo ſimul imber fit.

ἔκνυζεν. Strepebat, nomen formatum eſt à ſtrepitu. F

ἐκνύπτη. Explicata, explanata.

ἐκπεπλεγμένον. Detortum.

ἐκρήγμασιν. Sciſſuris pannorum.

ἐκσυριγγοῦνται. Aperiuntur.

ἐκτόμου. Veratri nigri.

ἔκτριψιν. Ad uiſcera mutationem.

ἐκφυνδάνει. Erumpit, ſic autem & ebullit.

ἐκχύμωσις Effuſio humorum.

ἔλαιον ῥόδινον. Oleum roſatũ, quod aromatibus conditum non eſt.

ἐλατήριον. Non ſolum ex agreſti cucumere factum, ſed etiã omne, quod deorſum uẽtrem purgat.

ἔλαια. Agreſtia. G

ἐλιθερές. Tanquam à ſole calidum.

ἐλιθερείσθω. Inſoletur.

ἐλιννύειν. Quieſcere.

ἐληχγνευσάμην. Plurimum diſſerui.

ἐλκυστῆρι. Inſtrumento quodam ad infantem ex utero extrahendum.

ἔλυτρα. Velamenta.

ἐμβάφιον. Acetabulum.

ἔμιαι. Vomitus, Atticum nomen.

ἔμπλην. Propè.

ἐμπύους μοτούς. Linamenta concerpta, quæ circũuoluuntur, & uulneribus induntur, ad ſaniem purgandam, uel lemniſcos.

ἐμυκώθη. Dioſcorides quidem ait, concluſit, plurimi autem, adnaſcentias habuit humidas, ut & fungi. H

ἐμηλώθη. Induruit.

ἐμυλήθη. Contabuit.

ἐνθλάσει. Infringit.

ἐνθράσσει. Vrgens pungit.

ἐξαλείπτης. Illitor, unctor.

ἐξαλίζοιτο, Exinaniretur.

ἐξάντης. Sanus.

ἐξάραγμα. Confractio, colliſio.

ἐξαρύεται. Euacuatur, exprimitur. Quidam uero, hoſtiliter aggreditur, minas facit.

ἐξάρυσις. Exhauſtio.

ἐξασίας. Quidem lina exurgentia à ſummis linteis ſciſſis, & à pannis uilibus fila, mihi autẽ etiam ante quàm ſcindantur extãtia eodem

A modo uidetur appellare.
ἐξητριασμένον. Panno tenui colatum, eſt autem ἥτριον tenuis quidam & agreſtis pannus.
ἐξαίνει. Euacuat.
ἔξουρα. In anguſtum contracta, quæ & μύουρα nominant.
ἐπάκρα. In anguſtum deſinentia, quæ & ἔξουρα.
ἐπαλλώων. Spargens. apponitur autem & ad magis.
ἐπικόρας. Fœnum grecũ, quidam aliam quandã herbam ſic nominatam.
ἐπικτένιον. In mulieribus pubes, quæ uocatur, nam ſupra pectinem eſt, in ſtuppa autem uel lino pictini inſidentem puluerem in opi-
B ficio.
ἐπιμηλίδα. Dioſcorides quidẽ in primo De materia, genus Meſpili σητάνιον etiam appellatum, quidam aũt parua ſylueſtria, quę & ἀμαμηλίδες nominantur.
ἐπιμυλίδα. Os, ceu conchula quædam genu tegens, latum & rotundum, quo genuum commiſſura obtegitur, uulgo patellam uocant.
ἐπισκληροῖς. Induratis.
ἐπίστημος. Cunctatrix, cogitabunda, hæſitans.
ἐπίχνουν. Humorem concretum lanuginoſum.
ἐπορηξάμεναι. Extenſæ, in longum porrectæ.
ἐπόχιον. Palmes, ex quo natum eſt quippiam,
C ut ex colocynthide.
ἐπώδης. Fœtens, & tanquam male olens.
†ἐπωκεστόρη. Aceto multo utens.
ἐρυγάνει. Abĳcit, repudiat.
ἐρυγή. Ructus, eiectio.
ἐρικίδες. In craſſiores partes diuiſa hordea, quidam bifariam diuiſa, nam & ἐρειγμόν, hoc eſt legumen freſum ab eo, quod eſt bifariam diuidi, aiunt nominatum eſſe. mihi autem eo, quod ſcinduntur omnia talia, uidet̃ nomen factum eſſe, quod nõ bifariam diuidere eſt, ſed frangere ſimpliciter, unde placenta etiã ipſa ex ſeſamo & melle ἐρίκιον nominatur, quoniam facile frangitur.
ἐρίξ. Dicitur quidem & de iecinore, ſcriptũ eſt
D in plurimis θρίξ, ſignificat autem partem hepatis ſuperiorem qua iecinoris fibræ à ſe mutuo diuiduntur.
ἐρυγματώδης. Ructuum effectiuus, morbus flatuoſus.
ἐρυθρὸν στέαρ. Sanguinolentus adeps.
ἐσαφάσας. Ad interiorem partem mollíens uel Aperiens. ut μασάσθαι quod eſt quæratur.
ἐσφηκωμένα. Colligata, conſtricta.
ἐς χεῖρα. Significat & prope.
ἔτνος. Omne ex legumine fracto decoctum.
εὐάνθεμον. Quod & ἀνθεμὶς dicitur, & chamæmelum.
εὐθεσίω. Ingenitum corporis habitum, quemadmodũ alicubi & annus εὐθεσίης uocatur,
Extra ord.

qui fertilitatem efficit.
εὐκάρδιον. Stomacho utile.
εὐνή. Non ſolum ſignificat lectum, ſed & coitũ, ut in ſecundo de morbis mulierum, & offenditur uehementiſſime coitu.
εὐοργητοτέρα. Moratior, ὀργαὶ enim mores ſunt.
ἔφλυζω. Depreſſi fuerunt.
ἐχέτρωσις. Alba Bryonia.
ἕψημα. Quod & σίραιον, hoc eſt muſtum ad tertiam partem decoctum, id eſt ſapa.
ἑψηλὸν autem genus piſcium.

ζ

ζέας. Farris.

η

ἠγκίστρευται. Implicatus eſt.
ἠγκυροβόληται. Intus adhæſit ut in anchora.
ἠδέ. Inſuper.
ἠδελφίσαι. Amicus familiaris & tanquam frater factus eſt.
ἡδυνθὲν πίσσαν. Odoribus conditam picem, coquitur autem cum aqua & aromatibus.
ἡδυνθὲν στέαρ. Adeps in aqua & aromatibus coctus, & aromata & ungenta odorifera.
ἡμίκοπον. Dimidium.
ἡμιτύβιον. Lintei craſſioris pars.
ἦναι. Percutere, & ἠνίων, percutientium.
ἠοίας. Matutinas horas.
ἠραχνίωκεν. Tenuibus ſimul & multis uenulis, cuiuſmodi ſunt aranearum telæ, implicauit. al. ἐπωκτόρη.
ἠρμάσθαι. Firmatum eſſe, innixiũ eſſe, uel aptatum eſſe.
ἦσας. Conſueuiſti.

θ

θαλερόν. Calidum ut à ſole, nam ab eo, quod eſt θέρεσθαι, hoc eſt calefieri, nomen factum eſt.
θερετρόν. Locus ad cõmorationem æſtatis idoneus, quidam θέντρον ſcribunt.
θημῶν. Aceruus.
θηρίον. Lumbricum, & ſæuum ulcus, ut in libro De locis hominis. ſæuũ ulcus in corpus aduenit propter hoc, & cum aduenerit ſanies defluens, putrefacit & tumefacit, cum in libro De humoribus, unde curatur ante dixiſſet. Poſtea in alĳs cum θηρίον dixerit, animalia in inteſtinis conſiſtentia ſignificat, lumbricos ſcilicet, & aſcaridas, quemadmodum & cum dixerit autumnorum τὸ θηριῶδες ab aliquo dictorum nominat. uidetur autem & aliquando φθινῶδες ſic appellare.
θλάσιν. Fœtus infractorem, quod & †πίεστρον uocatur, nomen in primo De morbis mulierum. al. ἐκπίεστρον.
θλασπόσιος. Pro Thlaſpis ſic appellatæ herbæ.

θράνου. Sedem utrinq; peruiam.
θολερὸν πνεῦμα. Spiritus magnus & impellens.
θράσσεται. Pungitur, ſtimulatur.
θρίξ. Scribitur & τρίξ, Pilos uocant ſacerdotes, cum apparuerit in ſimo iecinoris in dextra pinnula uenula anguſta, recta, nigra.
θύη. Suffitus, Odoramenta.
θύματα. Suffimenta.
θυμβραίαν. Sic nominat ſatureiam.
θύμου. Ex Thymis, gens autem eſt hæc ex Thracia.
θώρηξις. Vinolentia uel ebrietas.

ι

ἰδνοῦται. Obliquatur, in ſe reſidet.
ἰθαιγενές. Ingenuum, ut ait ſapiens, ſed me æque atq; ingenuos honorabat.
ἴκθαρ. Propè, apud Atticos: Apud Hippocratē uero in ſecundo De morbis mulierum, mulieris teſticulus uocatur.
ἰλλαίνειν. Diſtorquere uel circumagere oculos.
ἰμερωθεῖσαι. Cum uiro miſtæ.
ἰνδικόν. Qui ſcripſerunt nomina medicinarum, ut Mneſtheus & Andreas Chryſaris & Xenocrates & Dioſcorides Alexandrinus indicum nominant zingiberi, decepti ex eo, quod quidam putāt ipſum piperis radicem eſſe, ſed Dioſcorides Anazarbeus aperte diſtinxit & definiuit de zingibere & pipere. Dioſcorides igitur iunior, qui linguas ſcripſit, ſtirpem eſſe ait in India ſimilem ſtirpi piperis, cuius fructus appellatur Myrtidanū, quia myrto ſimilis eſt.
ἰνέει. Euacuat, & ἴνηθμος. Euacuatio, & ἰνεῖται. Euacuatur.
ἰξάλιν. Perfectæ capræ corium.
ἰξίαι. Varices.
ἶξιν. Rectum progreſſum, uel acceſſum.
ἰξίον. Folium albi Chamæleontis.
ἰξύας. Pars, quæ eſt inter uertebras coxarum & lumbum.
ἴπος. Potio in curatione oſſis luxati.
ἱππόφεως. Hoc non ſolum lappago nominatur, ſed & carduus & ſtybum.
ἰσχνοῦσαι. Adæquantes, mediæ ætatis exiſtentes.
ἰσάλλην. Pellem capræ, corium.
ἰσχαλέαι. Tenues, & ἰσχαλέον, tenue.
ἰχθυήματα. Squamulæ corticum.
ἰχθύην. Squatinæ marinę pellem aridam. poteſt etiam ferreum unguem ſignificare, quo in extractione uel ſectione infantis immaturi adhuc in utero exiſtentis utimur, propter ſquamarum piſcis ſimilitudinem.

κ

καταπτόμενοι. Sentientes uehementer.
καθετῆρι. Tortili linamento uulnerario, ab eo, q; demittatur in uulnus, in ſecundo De morbis mulierum, in uulnus indere tortile linamentum ex linteis factum. E
κακαγγελίη. Maledicentia, procacitas.
κακοήθεα. Maligna.
κακοσινώματα. Nocentiſſima.
καλλίφυλλον. Quod & capillus ueneris & adiantum nominatur.
καλλιωνύμου. Piſcis cuiuſdam ſic uocati.
κάμμορον. Et animal paruæ ſcillæ ſimile, & aconitum, ab eo quòd illius radices ſunt huius animalis ſimiles, ſed neutrum horum intelligi poteſt in libro De locis hominis inflāmatis aſſumpto cammoro, unde Erotianus nō ſolum ipſum animal cammoron, ſed adhærentem ipſi muſcum ſic uocari ait: Zeno autem Herophilius cicutam: Zeuxis autē medicinam refrigerantem. F
κανόνιαι. Qui rectis & promiſſis uētribus ſunt.
καρυκόν. Edulium quoddam ex nucibus ſic nominat, cuius & confectionem ſcribit in primo libro De ulceribus.
καρυκοειδέα. Sanguinea, uocant autem id proprie medici.
καρύκη. Lydium edulium uarium ex ſanguine confectum.
καρχήσιον. In ſummo uelo habens rotulam, & καρχήσιοι in ipſo funes extenti nominati.
καταβλακεύουσιν. Paruipendunt.
κατάβλημα. Indumentum data opera factum ad tegendum ſubiectas partes. G
καταγυῖοι. Ad extremum inutilitatis uel imbecillitatis ducit.
κατακορέα. Vocat ſic & nimis bilioſa excrementa, et pectora κατακορέα, talis humoris generatiua. quidam piloſa intellexerunt, ſed & κατακορεῖς ἀνθρώπους ſimiliter nominat. pharmacum quidem κατακορὲς uel propter euacuatum ab ipſo humorem, uel propter proprium colorem. appellat autē & ſitim quodam in loco κατακορεῖ, quæ. ſ. propter talē humorem facta eſt uehementior, uel ad ſummum intenſam, ſic igitur & eneruare κατακορεῖν.
κατακούρην. Nouaculæ tonſuram, ſic melius eſt ſcribere inquit Dioſcorides, non in uertice puellarum tonſurā, & tondere hinc, & apud Theophraſtum tonſa abies pro ſecta. H
κατακρούειν. Diffringere uel diſcindere.
καταλείφειν. Illinere uel inungere.
καταμώσας. Qui demiſit cauſa quærendi. facta enim eſt uox à quærendo, quemadmodum & qui quæritur.
καταναισιμοῦται. Conſumitur.
κατάστημα. Confirmatio & animaduerſio in ſecūdo De morbis popularibus, & καταστῆσαι animaduertere.
καταφρονέοντα. Remiſſe ſentientem, in maiori de prædictione.
κατάχλοα. Valde uirentia.

A κατειλλόμεναι. Colligatæ.

κατηνώσει. Reſipiſcebat, quaſi expergiſcebatur.

κατεπλήσσετο. Stupidus factus eſt.

κατηβολῆσι. Circularibus initijs paroxyſmorũ.

κατήρτυε. Placidum & temperantem reddebat.

κατ᾽ ἰητρεῖον. Ad chirurgiam pertinens.

κατωπτῆρι. Eo inſtrumento, quod ἑδροδιαστολὴν uocant, ut & Dioptra mulierum διαστολεύς.

κατωμοσπαδέω. Subaudiendum eſt uici, ut κατω σωσπλέω.

καυλός. Radix quidem herbæ Silphium proprie uocatur, Caulis autem & ſuccus, ut aliorum. Scribit igitur ipſe in libro De ratio-

B ne uictus acutorum, uel Silphium, uel caulis, uel ſuccus.

καύσωμα. Inflammationem, in primo De morbis minore.

καυτῆρα. Æreum Calamulum quendã perforatum in fundo, per quem cauteriolum apparens demiſſum urere poteſt.

κάγχρυος ῥίζαν. Thureæ radicem. cum autem pluraliter dixerit τὰς κάγχρυς, toſta hordea intelligenda ſunt.

κέδματα. Ex fluxu diuturnas affectiones uel in omnibus articulis, uel præcipue circa uertebrum coxarum. proprie autẽ tibi hoc expoſuimus, ſicut & alia quædam uerba.

κεκωμῶσθαι. In ſomno eſſe, uel ueterno.

C κερχναλέον. Aſperitatis effectiuum. ſic & aſperitas nominat gutturis, & in pulmone ſtrepitus, & aſperum, & aſperari, & aſperationes ſimiliter ſignificant.

κεφαλοειδοῦς. Caput habentis.

κιγκλισμός. Breuis, continuata motio, à Cinclo animali.

κιθαρόν. Pectus.

κίων. Beſtiolarum congregatio, quæ triticum comedunt, quarum unaquæq; cion nominatur, in fine ſecundi De morbis mulierum nomen eſt.

κληῖθρον. In gula locus ſub tonſillis.

κλιμακείου. Tranſuerſi in ſcalis ligni. quidam autem κλιμακίου ſcribunt, ſine ε. & per climaciũ

D altera quædam talis.

κλισμόν. Lectum, in ſecundo De morbis mulierum.

κνημέου. Cruralis, ſi ita dici poſſet.

κνήματα. Raſuræ, & κνῆσαι radere.

κνῆστρον. Idem quod κνέωρον, inſtrumentum ſcalptorium.

κνήστρῳ. Cultello quodam, eſt aũt cultellus quo raditur caſeus.

κνιδώσιες. Puncturæ quædam uellicationis modo, quales ab urtica herba fiunt.

κνιπότητα. Vellicationem. quidam autem ariditatem oculorum intellexerunt.

κνύμα. Factum nomen eſt ad imitationem ſtrẽpitus. Sed & leniter ſuſpirans, κνυζόμενος dicitur ab eodem, & in canibus mugitus, κνυζηθμός. i. gannitus.

κόγχην χεραμίδα. Hoc eſt figlinum uas, nihil plus ſignificat, quàm κέραμις, id eſt Figlinũ uas.

κόγχον. Concham hiatulam.

κόκκαλον. Plurimi nucleum nucis pineæ. Dioſcorides autem cnidium coccum diminutiue.

κόκκωνα. Coccum cõmuniter appellatum, non cnidium, quod ipſum aliquando coccum ſine additione nominat.

κόλλικας. Rotulas, & illud in Acharnenſibus, Rotuliuora Bœotiæ, in paruis panibus dictum eſt.

κολοκύνθην ἀγρίην. Colocynthidem.

κοπρίων. Fauorum. plurimi autem ſcribunt κηρίων. Significat autem expreſſorum.

κόρην. Herbam, quæ hypericon nominatur. habet autem fructum κορίῳ ſimilem.

κορῦς. Ex ramis adnaſcentias, nouas germinationes.

κορυφάδων. Orarum contractionis ad umbilicum.

κοτίδι. Neruo ceruicis, cerebello.

κότινον. Syluestrem oleam, ſiue oleaſtrum.

κοτυλίδα. Concauitatem uertebri coxæ, & in adiunctis libro De curandis luxatis, & in ſecundo De morbis maiore.

κοτυληδόναι. Ora uaſorum in uuluas deſcendentium, ut in libris De Hippocratis Anatome demonſtratum eſt.

κοχώνην. Iuncturam in uertebris coxarum ad ſedem, propter quam omnis locus circa ſedẽ ſic uocatur.

κλάδαι. Fici rami maiores.

κραίνουσι. Deſinunt.

κραμβίῳ. Crambes decocto.

κρέκην. Nomen factum eſt, odioſum ſonum, in ſecundo De morbis maiori.

κρήγυον. Bonum.

κρημνοί. Labra ulcerum, ut in libro De locis hominis. & partes quædam pudendi muliebris, ut alæ.

κρήστρα. Farinæ tritici, euolatio quam uocant, & ſacculus quidam lineus.

κριμνά. Craſſiores farinas. cum autem dixerit, κριμνὰ ἀλφίτου ἁδρὰ craſſiſſimas farinas ſignificat.

κρότωνας. In pulmone chartilagineæ concauitates. In primo de morbis.

κρότωνος ῥίζα. Crotonis radix. hoc Ægyptij cicion nominant.

κυάμου καρπόν. Fabæ fructum. Dioſcorides ait ipſum hyoſcyami dicere. ſic enim in primo De morbis mulierum. Quidam autem Ægyptij intelligunt.

κύαρ. Acus foramen.

κύβιτον. Os cubiti, qui & cubitus. Dioſcorides autem nodum brachij ſic nominari ait.

κύκλοι προσώπου. Malæ, in primo De morbis maiori.

κυλιχνίδα. & paruum calicem, & uaſculum medicinale.

κυρβασίην. Pileum acutum, quem & Tiaram.

κυρήβια. Paleæ ſignificat, & furfures, & hordei purgamenta.

κυρίοισιν. Diebus quibus ad talia iudicanda creditur.

κύρσεον. Podicem.

κύστιγγα. Veſicam paruam.

κώδεις.. Capita papaueris.

κωλεός. Cõcauum in uulnere, aliter membrum in uulnere καὶ βέλτιον ὀρρεστος.

κῶμα. Somni uehementis impetus. ſcriptus eſt autem ut ſcis à nobis de hoc libellus.

κωνίαν. Vinum picatum. inijcitur cum cortice piceæ ſemihemina in uas figlinum. & aliqui quidem excolant, poſtquam ebulliuit, alij uero prætermittunt.

κωφοί. Languidi, inualidi, κωφοῖ uero uerbũ tertiæ perſonæ tertiæ coniugationis, languefacit & retundit ſignificat.

λ

λαβή. Initium acceſſionis febris, maxime autẽ ex circuitione.

λαγνείη. Significat aliquando etiam ipſum ſemen, ut in libro De natura puerorum, Sic & τὸ λάγνευμα, id eſt ſemen.

† λάμπυρος. Lagonate appellata herba.

al. λαγώπυρος λαμπτὴρ. Quem multi φανὸν, hoc eſt pharum uel lampadẽ nominant, In ſecundo De morbis maiore. Apud alios, & maxime Atticos, in quo ligna comburebantur præbentia lumen. ſed & fax & lucerna alquando λαμπτὴρ nominatur.

λαπαχθῆναι. Proprie quidem euacuari, propter hoc autem & μαλαχθῆναι, id eſt mollire.

λαμπυρά. Spumoſa, ſplendet enim ſpuma.

λάσιον. Sindon, Linteum.

λεβηρίδα. Serpentis exuuium. Quidam autem concham uacuam.

λέγνα. Extremitates oris uuluæ ex translatione. ſic enim uocantur ab extremitatibus indumentorum. nominat & alibi extremitates has ἀμφίδεα.

λέκιθον. Quod eſt intra lentis corticem.

λεπάδες. Petris adhærentes conchæ.

λεπτά. Sic aliquando uocat rara, ut in libro De locis hominis.

λευκὴν ῥίζαν. Albam radicem dracunculi.

λευκοΐου καρπόν. Albæ uiolæ ſemen ſic uocari ait Dioſcorides.

λεῶς. Omnino omnia.

λιβανωτοῦ καρπόν. Ipſum forte appellatum ſic thus, quoniam ſemẽ thuris arboris in uſum uenire neſcimus.

λιβηρῷ. Humido. E

λίβος. Deſtillatio quædam oculorum fluida, facta eſt autem uox ab eo quod eſt ſtillare, quod proprie uidetur ſignificare guttatim cadere.

λιγνυώδης.. Denigrans, λιγνὺς enim nigra.

λίθον μέλανα. Quem & molarem uocãt, cochlacem.

λημακώδεις. Humidi & herbacei.

λίπα. Oleum. In ſecundo De morbis mulierum.

λείριον. Lilium, Oleum autem ex eo aliqui λίρινον, cum litera. ν. ſcribunt, aliqui uero ſine ν. λίριον. Vocatur autem non ſolum κρίνινον, id eſt, lilinum, ſed ſuſinum & ἄνθινον ἔλαιον. F

λοῦν. Non ſolum lauare ſed & humectare. Sic & λοῦσθαι. i. lauari duo ſignificat apud ipſum. & alia ſimilia.

λυπρά. Nuda & Arida loca.

λύσιας. Interualla quibus articuli inter ſe diſiuncti ſunt.

λυσσῶδες. Inſaniens.

μ

μαγίδα. Et uelut offam & maſſam, & magnam magdaliam.

μακρόπνους. Scilicet ualde ſpirans, uel diutius ſpirans. G

μαλακήνοισιν. Sic uocantur quæcunque æquatilium ſpinam non habent, ut polypus, & loligo, & ſepia, & urtica, hæc enim & ſanguine & uiſceribus carent.

μαλθώδεα. Mollictia, & uelut cerea, μάλθη enim cera eſt, & maxime mollita.

μαρίλη. Quam multi cinerem calidum uocant.

μάσθλης. Caloris.

μάσσειν. Non ſolum miſcere & ſubigere, ſed etiam exprimere, ut in primo De morbis maiori.

μᾶσσον. Plus, in maiori de prædictione.

μάτος. Quæſtio, & inquirere ματᾶσθαι.

μαχαιρίδι ὀξυβελεῖ. Cultello acuto, phlebotomo. H

μαχαιρίδι στηθοειδεῖ. Scalpello medico uentroſo.

μέλαινα. Dicitur & morbus ſic ex nigra bile cõſtans.

μέλαιναν ῥίζαν. Aſpalathi aromatici appellati radicem.

μελᾶνις. Cum accentu circunflexo Dioſcorides legendum putat, μελᾶνις capra, μελᾶνις uacca, & ſignificari ait ex Melænis. Vrbs autem ipſa ad Criſæum campum ſita ante Criphium, paſcua bona habet, & bonum lac gignentia, ut inquit Dioſcorides.

μελάνεον. Quod eſt in Prognoſtico. Quidam coniunctim

A coniunctim legunt, ut ſit denigrãs. quidam autem diſtinguũt, uiride uel nigrum ἰὸν, pro eo quod eſt exiſtens.

μέλανι φαρμάκῳ. Nigro medicamento. hoc quo modo paretur, in libro De hulceribus ipſe docuit.

μέλαν τὸ κύπριον. Cyprium cinerem, quo ad oculos utimur.

μελεδαίνοντι. Curam habenti, curanti, & μελεδῶν cura, non ut apud Homerum triſtitia.

μελιηδέα. Non ſolum ſuauem, ſed & cum melle miſtum, ut in primo de morbis maiori, in eodem autem & μελίχρουν nominat huiuſmodi uinum.

B μεμύρικεν. Conuoluit à lanis, quæ nentur.

μεμιασμένον. Fœdatum, ut eſt apud poetam.

μεμολυσμένους. Quidam refrigeratos, quidam autem induratos, & lapideos putauerunt.

μεμωρωμένα. Carentia ſenſu.

μεσόδμη. Obſtaculum trabis ligneæ ſeparans in una domo in duas partes diuiſa, tanquam columna quædam in medio poſita, quidam autem & ſuperpoſitum rectum μεσόδμην uocant.

μεσόβλημα. Vt ſi, μεσγύνῃ, dixiſſet.

μετακήρας. In libro De ratione uictus acutorũ, lactea commiſteo.

μηκώνιον. Peplum uocatum, quẽ & ſuccum pa-

C paueris nominat.

μήλην διαστομωτρίδα. Specillum ad diducẽdum ad aperiendumq́; idoneum.

μήλην ὀζωτίδα. Specillum auricularium.

μήλην ἰχυρήν. Specillum uulnerarium.

μήλῃ πλατείῃ. Specillo lato in modum rudiculæ.

μήλης τῷ πλάτει. Cyathulo ocularis ſpecilli.

μῆλα. Ouiculæ.

μηλίας. Ex Mele inſula.

μηλιάδος ὠμῆς. Chalcitidis uel aluminis ex Melo.

μηλιάδα. In primo De morbis minore, μηλιάδι inquit à Melo inſula.

μήτρη. Tegmen & tanquam inuolucrũ quod-

D dam ἐπιδιδυμὶς nominata. eſt autem uaricoſus quidam tumor in ſummo imminens didymo.

μηνίειν. Mandere, edere.

μύκη. Præcluſio, ſuffocatio.

μυοχάνη. Epitheton hiantis, Si autem μυριοχάννη ſcribatur, in millibus fuerit hians.

μύῤῥαν. Apud Æoles σμύρναν, id eſt myrrham, duplici ρ ſcribitur.

μυρτίδανον. Plurimi quidẽ piper, Dioſcorides autem Anazarbeus in primo De materia, adnaſcentiam inæqualem & tumidam circa myrti ramum. Atque Hippocrates fructum ſic nominat ex arbore quam ipſe ait ab alijs appellari piper.

Extra ord.

μύτις. Vocatur quidem ſic & in ore ſepiæ atramentum, & piſcis quidem ab Hippocrate ſignificatur.

μυττωτόν. Intritum Dioſcorides eſſe ait alliorũ uel ceparum.

μῶλυζα. Allium ſimplex caput habens, & non diuiſum in ſpicas. quidam autem moly herbam.

μωλυόμενα. Paulatim extabeſcentia.

ν

ναυσιώσιες. Effuſiones ſanguinis, quas & ἐκχυμώσεις appellat. tranſlatum eſt autem nomen ab ijs, qui in nauſea ſanguinem uomunt.

νέον. Nuper, uel nouum.

νεόμενον. Natantem, aduenientem, ab eo quod eſt νεῖσθαι, hoc eſt uenire, in primo De morbis mulierum, utrunq; alterum in loco, alterum in partu imperfecto.

νηπέλει. Impotens eſt.

νυκτάλωπες. Per noctem non uidentes.

ξ

ξηρῇ συπεδονώδει. Videlicet cancro, uel aliquo hoc generaliori morbo.

ξύμη. Quod uocatur pruritus.

ο

ὄα. Quæ à multis οὖα uocantur, id eſt ſorba.

οἰναρέῳ. Viti.

οἰναρίδων. Palmitum uitis.

οἴσπη αἰγός. Sordes inter pilos capræ naſcens, & maxime in eis, qui circa ſedem ſunt, conſiſtens.

οἰσοφάγος. Ventris ſtomachus, tanquam guttur quoddam exiſtens.

οἰσυπίδας. Ouis ſordem, hoc eſt lanam ſordidam.

οἰσυπίδες. Ouis ſordes conglobatæ, ſignificat & lanæ ſordidæ uellus.

ὄκρις. Eminentia oblonga.

ὄλφρον. Male olens, uel nigrum à ſepiarum atramento.

ὀλισθράζοντα. Labentem.

ὀλοκωνίτης. Herba quædam agreſtis oleracea.

ὄλον. Atramentum ſepiæ.

ὀλώδεα. Turbida uel nigra.

ὀλοφλυκτίδες. Puſtulæ quæ ſubito erumpunt.

ὀνεύεσθαι. Per axem conuerſionem extendere, ὄνοι enim & ὀνίσκοι axes, ſcribitur & κατονεύεσθαι.

ὄπλα. Funes ex ſtuppa, uel lino, uel canabe.

ὀπός. Succus ſilphij per excellentiam, quemadmodum & thyrſus. uocat autem ſilphium radicem ſolam.

ὀποῦ καρπόν. Silphij ſemen, quod & folium ſingulariter, & magydaris à quibuſdam uocatur.

ὀργάσασθαι, Commiſcere, contemperare.

ὀρθοπρίονι. Cibo quantum in diem ſatis ſit.

ὀροκομπίδιον. Alia ſcriptura, ὀλοκωνίτιδος. de qua ante dictum eſt. ait aūt Dioſcorides in monte natam ὀροκωνίτιδα nominari.

ὀῤῥωδέων. Vſq; ad caudam extenſorum.

ὄῤῥος. Sacri oſſis extremitas, quod etiam ὀῤῥοπύγιον uocatur.

ὄρχεα. Sacculus teſticulorum.

ὀσχίῳ. Circa os uuluæ flexuoſa extuberantia ὄσχος enim & μόσχος, palmites & clauiculæ, idem autem, & ἀμφίδιον & λέγνα, nominat.

ὀτίδος. Auis, Ariſtoteles ὠτίδα per, ω, uocat Xenophon autem in primo Cyri expeditionis ὀτίδα per ο, ſcribit.

ϖ

παλίνοπτα. A ſole auerſa.

παλῦναι. Inſpergere.

παράλαμψις. In nigro oculorum ſplendens cicatrix, eo quòd aliquanto craſſior ſit ægide.

παράλιον. Species tithymalli, uocatur autem & quædam braſſicula παράλιον marina.

παραστάτας. Quædam uaſa ſpermatica, in libro De uenis, qui adiectus eſt libro De curandis luxatis.

παραφᾶσαι. Aberrante manu attingere, cum deceptione, ut & ἐπαφᾶσθαι iniicientem manum atttingere, hinc & occulta loca iuxta muliebre pudendum παραφάσιας nominant.

παραφάσσειν. Deſipere, ut & ἀλλοφάσσειν, tumultuari, cum tenui autem legendum eſt, non ut quod & ante ipſum παραφᾶσαι, ineſt enim in eo tactus nomen.

παρθένιον. Millefolium, uocatur autem παρθένιον & anthemis, & helxine, & mercurialis, & amaracum, ſed & Dioſcorides nunquam ait intelligenda eſt uel helxines uel mercurialis ſpecies parua habens folia.

πασπαλέτης. Panis uel farina milij ſubtilis, πασπάλη uel πάσπαλος enim milium eſt.

πασσαλίσκῳ. Paruo palo, diminutiue.

παφλάζουσιν. Nomen fecit, errantes, & reſumentes in diſſerendo ſignificare uolens.

πέζαι. In ſecundo De morbis mulierum ſic ſcriptum eſt, et pedes tumeſcunt pueri maxime. Zenodotus quidem in gentium uocabulis πέζαν ait pedem uocare Arcades & Dores. Hippocrates autem uidetur uel planitiem appellatam pedis ſic nominaſſe, uel talos pedum.

πέλλα. Liuores ſubfului, hæc eadem & πελιρὰ uocat. Zenodotus autem in uocabulis gentium Sicyonios ait giluum πέλλον nominare. E

πεμφιγώδεες. Vel humore & humiditate pleni, uel uentoſi.

πέπλιον. Quod & peplis & portulaca agreſtis.

πέπλος. Idem & humilis ficus, & papauer ſpumeum, & ſuccus papaueris.

περβηκτηρίῳ. Terebro recto & acuto, eſt enim & aliud chœnicis.

περιεστέλλετο. Indumentum ſeipſum tegebat.

περικεκαμμένοι. Inflexi, adunci, & curuati.

περινήματα. Circum inundationes.

περινήματος. Circuminundationis.

περινεῖ. Circuminundat, circumnatat.

περινῷ. Perinæo, eſt autem locus inter ſcrotum & anum, ubi ueſicæ collum eſt.

περιξύσας. Qui circumlacerauit. F

περιπόδην. Circulariter ſub pedibus exiſtentē, & infra.

περιῤῥηδὲς. Perfractum utrinq;.

περκναί. Nigricantes & liuentes.

περόνην. Aliquando quidem os totum culi, aliquando quidem adnaſcentiam oſſis, aliquādo adnaſcentiæ tumorem.

περύσινας. Anni præteriti uinum, tanquam περύσινας, hoc eſt anni præteriti quoddā exiſtēs, ut αὐτίτην nominat eiuſdem anni.

πήρινα. Perineum, in libro autē De hæmorrhoidibus & fiſtulis, & ſedem dicere uidetur.

πιέστρῳ. Inſtrumento, quod fœtus imperfecti infractorem uocant. G

πικέριον. Butyrum.

πιτυΐδι. Picea reſina.

πιτύλοις. Remigationibus uel remis.

πλαταμών. Eminens in mari petra læuis & humilis, circa quam dilatantur fluctus.

πλεκτανέων. Cirrhorum, apprehenſionū circūplicantium.

πλεννηραί. Mucoſæ & πλέννα mucus.

πλευμοῖ. Pulmonarius fit, & tabeſcit.

πλεῦμος. Corruptio, uel pulmonaris affectio.

πλήμνην. Modiolus rotæ.

πλήσιγγας. Ferulas, ab eo quod eſt percutere.

πνευματώδης. Et inflatus, & difficulter ſpirans, uocat enim ſæpe & ipſam difficultatem ſpirandi ſpiritum.

ποίη. Primæ lactis partes per ſe ipſis coagulatæ H

ποίην. Quæ habet folium ſimile uiti natura, ut ciſſampeli appellatæ ſpecies.

πολυγράω. Multum comedo, καὶ γόνυς ἀγρηνῶν deuorauit curatorē. Callimachus pro eo quod eſt deuorauit.

πολύκαρπον. Cratæogonon appellatum, genus herbæ.

πομφοί. Puſtulæ cutis tumentes, ſimul & liuidæ & rubentes.

πόσῳ. Modico.

ποταίνια. Recentia, Dores.

πότι. Aliquando.

πρός. Præterea autem.

πράμνιος. Vinum quoddam ſic appellatur, ni-

grum

A grum & auſterum.

πρηνές. Ad terram pronum.

πρῆσμα. Inflatio, & πρήσιος, inflationis, & πρησικώτατον maxime inflatiuum.

προαυξέας. Morbos quoſdam ſic nominat, qui in prouectis ætate fiunt, nam & ipſos ſic aliquando uocat ætate prouectos.

πρόκα. Repente.

προκώνια. Ex nouis hordeis farinas quidam aũt ex non ſiccatis ſolas.

† προκίδι μαχαιριδίῳ. Phlebotomo.

προμυλλαίνει. Procidit, prominet in anteriorem partem.

προμυλλιώας. Protendens extra labra.

προσέχει ἡ νοῦσος. Pro eo, quod eſt permanet morbus in ſecundo De morbis maiore.

B προτρέπεσθαι. Mutari.

προσωδέστερον. Graueolẽtius ſine iota, cum iota autem προσωδέστερον à tumore facto tumidius ſignificat, ut in ſecundo De morbis maiori

προτιθέμενοι. Protendentes.

πρόφυσιν. Germinationem.

πυθμηνόθεν. Non omnino. factum eſt autem nomen à fundo uaſorum, tanquam ſi integre, diceret, uel perfecte, uel planè, uel ab initio, uel omnino.

πυρίας. Feruentes panes, uel fragmenta accenſa ex ſcoria ferri.

πυρῆνας. Grana, dictum eſt de Thure.

C πυρὸς ἀγρίου. Eryſipelatis.

ρ

ῥαγεῖσα. Significat aliquãdo collectim impetũ faciens, ut in ſecundo De morbis maiore & αἱμοῤῥαγία ipſa, hoc eſt ſanguinis effuſio, ab hoc compoſita eſt.

ῥαιβοειδέα. Retortum.

ῥᾷον. Paratius, & facilius, non nulli quidem feracius copioſiûsue intellexerunt.

ῥαφίῳ. Subula, qua perforantes artifices talium commodos uſus lini traiectioni faciunt.

D ῥέγχειν καὶ ῥέγκος. Ronchus, nomina facta ſunt, ab eo ſtrepitu, qui in ſtertendo fit, ut & ſtertere.

ῥέμβει. Errat.

ῥέμβην. Errationẽ & quædã alia, ab eo quod eſt ῥέμβεσθαι, hoc eſt circumagi.

ῥηγῆσι. Sciſſuris, Fracturis.

ῥηνέσιν. Agnis.

ῥινέσιν. Aguis.

ῥηνικάς. Pelles agninas.

ῥηνός. Agni.

ῥηχίησι. Tanquam inundationibus. nam ῥηχίη tanquam inundatio quædam eſt.

ῥίζα. Sic uocatur herbula quædam ſine caule & ſine flore & ſine fructu, habens tria folia ex omni parte oblonga humi iacẽtia duorum digitorum magnitudine, ſimilia folijs anchuſæ, radicem autem tenuem leuiter purgantem.

ῥίζαν λευκήν. Radicem dracunculi.

ῥικνόν. Rugoſum.

ῥοικά. Retorta.

ῥόμματος. Liquoris ad ſorbendum, uel actus ipſius ſorbendi, hoc eſt ſorbitionis.

ῥόα. Ex moro mora immatura & ſiccata & contuſa ut oculis inſpergantur, ut & proprie appellatus rhus, ut Dioſcorides in primo De materia inquit.

al. προμήκη μαχαιρίδι

ῥοφῶν. Sorbitionum, uel omniũ, quæ quoquo modo ſorbentur.

ῥύματα. Ab eo quod eſt ſeruare, remedia.

ῥωγματίης. Fractum aliquid intus habẽs, quem & ῥηγματίαν nominat.

σ

σαράπους. Quæ diſtractos & diſtantes habet digitos pedum.

σαρκάζειν. Proprie quidem per labrorum morſum ſubſannare. Hippocrates autem & ſummis labris contractis uellere aliquid.

σατυριασμοί. Circum aures prolixi tumores durarum concretionum carnis in ſeipſam conuolutæ. Quidam autem pudendorum intenſiones intellexerunt.

σαυρίδιον. Naſturtium herba à figuræ ſimilitudine, eadem & cardamum uocatur.

σελάχεσιν. Sic uocantur omnes piſces, qui ſquamas non habent, & animal pariunt.

σεσηρός. Deflexum & plurimum diſtans labris, quod & ἐκπεπληγμένον nominatur.

σηριγγώδη. Laxa, rara multis foraminibus diuiſa, hæc enim foramina σήριγγες & σήραγγες uocantur, & tale corpus σηριγγῶδες & σηραγγῶδες, hoc eſt foraminoſum.

σησαμίς. Seſamidis appellatæ.

σητανίῳ. Præſentis anni tritico, hoc eſt, uere ſato.

σητανώδει. Vel ex præſentis anni frumentis, uel ex excuſſis & tenuibus farinis, hoc eſt, purgatis.

σιάλου δαιδὸς καὶ σιάλου αἰγός. Pinguis conuiuij & pinguis capræ.

σιαλώδεα. Pinguia, opimata.

σιδιοειδέας. Luteas ut cortex mali granati.

σικύην ἄτμητον. Cucurbitam agreſtem indiuiſam.

σικυώνην. Quatuor ſignificat apud ipſum colocynthidem, Pyro ſimilem cucurbitam, medicinalem cucurbitam fundo carentem, & coni ſimilem cucurbitam.

σικυώνης σπόγγον. Colocynthidis intetior pars.

σιπύδα. Pyxidem, ſignificat etiam aliàs nomen hoc, fictile quoddam uas in quod farina inijcitur.

σινόμωρα. Quæ mali habitus ſunt.

σιραίῳ. Dulci decocto.

σικανός. Malitia inſidiatoria, cauſa occulta.

σκαφίδα. Attici quidem paſtoralem mulctram ut aliquando dicunt, ſitulæ & mulctralia facta, quibus mulgebat. Hippocrates autē marinam cōcham prolixiorem, quam quidam mutilum uocant.

σκέθρη. Exacto.

σκολιφρός. Aridus, contractus.

σκεπαρνηδόν. Effracte, nam σκέπαρνος ipſe faſcia à fabrilibus nominatus eſſe aſcijs uidetur.

σκῆμψις. Conſideratio, concluſio, in ſexto de morbis popularibus.

σκιαυγεῖ. Cæcutit.

σκιμπτέσθω. Concludatur.

σκίμφθη. Duo ſignificat apud ipſum, & diuiſum fuit, & admotum fuit.

σκηλήματι. Arefactione, contractione.

σκληρά. Deſiccata, et ab eo omnia eadem ratione.

σκληρύνει. Deſiccat, & σκληρύνεται, deſiccatur.

σκορδινᾶσθαι. Extendi & maxime cum hiatu.

σκῦρος. Callus, & σκυρωθῶσι, occalluerint.

σκύμψαι. Verberare, ſecare, diuidere.

σκύτα. Quæ in articulo ceruicis ſunt.

σμηκτίδα γῆν. Cretam terram albam, qua fullones utuntur.

σμωδίκων. Ad uibices ſanandas apti, ad σμώδικας, hoc eſt liuores, qui ex percuſſione fiunt, proficientis.

σπάδων. Conuulſio, fœmininum nomen.

σπαργᾷ. Luxuriatur, turgeſcit.

σπατίλη. Humidum excrementum.

σπέρμα. Significat etiam fructum.

σπερχνή. Feſtinans, aſſidua.

σπόγγοι. In faucibus tonſillæ, in quarto de morbis popularibus.

σποδίτῃ ἄρτῳ. Pane ſubcinericio uocato.

σποράδες. Differentes, non eiuſdem generis aliæ alijs conuenientes.

σταδιεύς. Dioſcorides ait, ſtadijs menſurans ambulationes.

σταλαγμοῦ. Deſtillationis à capite.

στέαρ ἡδυντόν. Adeps in aromate & aqua coctus.

στεῖλαι. Supertegere, inungere.

στενυγρῶσαι. Anguſtare. Quidam autem claudere humidorum exitus & ſiccare.

στηθοειδεῖ μαχαιρίῳ. Scalpello medico latiore.

στεατώδης. Adipe obeſum.

στίον. Calculus, lapillus, στίαι enim ſunt iuxta mare calculi, & στιώδης hinc, durum.

στίφραι. Aridæ, contractæ.

στοιβῆς καρπόν. Lappaginis ſemen.

στολιδωδέστερον. Rugoſius.

στομάργου. In ſecundo de morbis popularibus Dioſcorides ſic ſcribit, & ſignificari ait, loquentis furioſe. Alij συμάργου ſcribunt, & nomen proprium intelligunt. E

στόμβον. Grauiſonum, grauiter ſonans.

στρεβλοί. Quos & ſtrabones nominant.

στρέφει. Dolorem inteſtinorum præbet.

στρέφεται. Tanquam inhabitat, in libro de aeribus & locis & aqua.

στρογγύλον μήλην. Spathomelen ſpecilli genus.

στρογγύλον. Piperis, ipſe enim ſic ſcribit, & indicum, quod uocant Perſæ piper, in hoc autē eſt quiddam rotundum quod uocant mertidanum, id eſt piper.

στρυβλήν. Vertibilem, in libro De hæmorrhoidibus & fiſtulis.

στρυμάργου. Agnoſcit & hanc ſcripturam Dioſcorides non ſolum στομάργου. Atque hoc F non ut proprium nomen exponit, ſed furioſe affectum circa rem ueneream ſignificari ait, dicta enim eſſe apud Hippocratem & alia eodem modo epitheta, ut myochane, ſarapos ῥυπαλώπηξ uel gripalopex, ſed & apud Eraſiſtratum ait Rhinocoluros, hoc eſt qui mutilatis naribus eſt.

συμπηρίη χαλκῖτις. Quam ſimpliciter uocamus chalcitim, uulgo uitriolum uocatur.

συγκομιστοί. Sordidi, quod omnes ſimul farinæ colliguntur, & non ſecernuntur.

σῦκα. Tumores carnoſi in partibus palpebrarum facti.

σύκιον. Ficorum aridarum decoctum. G

συκῆς. In primo De morbis mulierum, & fomētum ficus à radice, æque atque συκάμας hoc eſt mori, quod alibi tanquam exponens ait mori radicis.

συλλοχίας. Congregationes, translatio à cōgregatis in exercitibus.

σύναγμα. Vel humor quidam concretus, uel internus tumor, uel hypoſtaſis, uel callus, & melius in ſexto De morbis popularibus dicit.

συναρθμοῦται. Coaptatur.

σύνδεσις. Significatur aliquando & tanquā denſitas & aſtrictio.

συνδεαίνεται. Conduplicatur.

συνεγχυμοῦν. Commiſcere & contemperare ſanis ſuccis. H

συνέρξει. Velut concluſione.

συνηρεφές. Obtectum, adumbratum.

συνηρεόμενα. Coaptata, ut in libro De curandis luxatis.

συνηνωμένα. Coniuncta, uel coeuntia.

συρμαῖα. Moderata eorum, quæ in uentre ſunt, purgatio.

σύσταθμον. Par pondere.

συστροφάς. Tubera, Duritias.

σφαδάζει. Aegre fert.

σφάκελος. Corruptio omnis quocunque fiat modo, ſcis autē & de hoc à nobis pluribus demonſtratum eſſe.

σφάκερος.

A σφάκελος. In adiunctis libro de uulneribus capitis, dolens caput autem & ſideratus ſi fuerit, cepæ contrarium, in plurimis autem manifeſte σφαλερὸς ſcribitur.

σφενδόνην. In libro De articulis à funda lapides iaciente appellatum, ad reſtitutionem membri utile, in libro autem De ſterilibus uocatum cuſtodem. ſignificat autem & muliebre pedum tegumentum, & quæcunque huic ſimilia.

σπυράδες. Caprarum & ouium excrementa.

σχάσαι. Tria ſignificat, laniare, excernere, relaxare.

σχίδακα. Anchuſam, herbę genus, dicitur enim & ſic.

B σχέσει. Compreſſione in continendo, & detentione, & alligatione, & preſſione, cum autē dixerit, differt quidem aliquid & habitu corporis, tanquam habitum ſignificat.

σχινδυλήσει. Figura calami, ſic enim uidetur calamus dictus eſſe ab eo, quod ſcinditur.

σχῖνον. Non ſolum fruticoſam ſtirpem, ſed etiam ſpeciem quandam ſcillæ, uel potius omnis ſcillæ bulbum.

σχοῖνον ἡδύοσμον. Iuncum odoratum.

T

τάμισον. Coagulum.

τέγγειν. Humectare.

C τελεῖν. Conſumere, ut in libro de affectionibus dicit.

τέλεσον. Finem & ultimum.

τέρμινθοι. Terminthi arboris fructui ſimiles in cute præter naturam conſiſtentes tumores.

τέρθρον. Proprie quidem ſic nominatur ſummitas antennæ, & τέρθριοι ipſi rudentes inde in ſummum uelum peruenie͂tes. Hippocrates autem in ſecundo De morbis mulierum, cū hic inquit, τέρθρον fuerit morbi, æque ut ſi diceret, ſummum & ſupremum & curationis maxime egens.

τετάρσωνται. Dilatata fuerunt, ταρσὸς enim omne dilatatum eſt.

D τετράγωνα βέλη. Sagittæ quatuor habentes cuſpides.

τετραγώνου. Quidam exponunt, inuentis in ſtibio cruſtis. Quidam autem ipſum ſtibium.

τετραμαίνει. Tremit.

τετρομὸς. Tremor cum frigore.

τέως. Donec, & tunc, & prius.

τηλέφιον. Genus herbę, quod ſemperuiuū agreſte & portulacam agreſtem uocant, Romani autem Illecebram.

τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ βοτάνην ῥοφέονται. In farina herbam ſorbent, Mercurialem herbam uiſus eſt dicere. quoniam & alibi ait, Sorbiturum autem mercurialem.

τομέον. Inciſor, ſic uocatur ferreum inſtrumentum bilabrum, quo fabri ferrarij & ad alia multa et ad tollendos & commouendos clauos utuntur.

τοξεύματα. Sagittæ.

τορνεύματα. Ramenta.

τροφής. Bene nutritus, pinguis.

τροφιώδες. Habens illata quædam infixa, à τρέφεσθαι, quod eſt infigi.

τροχοί. Curſus.

τροχνοῦν. Domare, Attenuare.

τρώειν. Vulnerare, ſecare uenam, ut in ſecundo de morbis mulierum.

τρωθῇ. Læſa fuerit, male affecta fuerit, & τρῶμα, læſio.

τρώσκεσθαι. Parere abortum.

τρωκτοῖσιν. Crudis deuoratis, uel immaturis.

τύρσιν. Turrim & præcipue quæ eſt in muris.

τυφώδης. Qui mente alienatus eſt, ceritus.

τυφωμανίη. Miſtus eſt phrenitide & lethargo morbus.

υ

ὑβοί. Gibboſi, & ὕβωμα, gibboſitas.

ὑδαταινούσῃσιν. Hydrope laborātibus, in aquā mutantibus ſanguinem, & aquoſa tollentibus purgantibúsue.

ὑδατόχλοα. Vt ſi aquiuiridia dixiſſet.

ὑδατώδεας. Hydropicos.

ὑδρίον. Parua ſitula, Diminutiue.

ὑδρωψ. Dioſcorides in ſecundo de morbis popularibus cum accentu in ultima ſyllaba legit, & ſignificari ait ὑδρωποειδὴ hoc eſt ſpeciem hydropis præ ſe ferentem.

ὑπάλειπτρον. Fruſtulum, quo aliquis ſublinere poſſet oculos.

ὑπάλειπτρν. Medicamentum quod illini poteſt.

ὑπεζύγωται. Subiectum eſt.

ὑπεληνθέωσιν. In ſe ſubuoluantur.

ὑπερινός. Vltra modum uacuatus homo, & ipſa ultra modum euacuatio. ſic igitur exponent quidam & ultra modum uacuatur, uel attenuatur. uidetur autem longū ſpirans & breue ſpirans dupliciter ſic dici.

ὑπερτονεῖ. Vltra modum extenditur.

ὑπέρυδρον. Valde plenum infuſa aqua.

ὑπερχολήσει. Multa repletione bilis.

ὑπεψύχθη. Mediocriter remiſſus eſt à calore febrili.

ὑπνοῦσα. Somnolenter habens, ſomno ſopita.

ὑπολείβεται. Deſtillat. Defluit.

ὕπομβρον. Subhumidum, ſub pingue.

ὑπομύσαρα. Valde olentia, et digna quæ omnes abominentur.

ὑπονηστεύσῃ. Quæ ſubnatauit, quæ ſubiuit.

ὑπόσηρα. Subcaua, humiliora.

ὑπόξυρος. Adūcus naſum, quia humiliora ſunt, quæ circuncirca ſunt, quàm ipſa ſublimitas.

ὑποξύρους

αλ. τετραμμύνῳ.

ὑποξύρους. Humiliores, contractos, dictũ eſt autem de uentribus in maiori de prædictione.

ὑπόσφαγμα. Totius atramenti ſepiæ tanquam Subſidens fæx.

ὑποτροπή. Non ſolum reuerſio, ſed & uiciſſim mutatio, ut cum dixerit, laſciuiens in mutatione per uicem.

ὑπόψεφαρα. Caliginoſa, ſubobſcura.

ὑπoψάφαρα. Aſperiora, nã ψαφαρόν, hoc eſt cano ſitu obductum ineſt in nomine.

ὑπωμέη. Subiectum ſic dici poſſet uel inhumerali uel humero.

ὑφύδρους. Aqua inter cutem laborantes.

φ

φαγέδαινῃ. Vlcere exedenti.

φαίνηται. Significat & tranſparens in igne fiat, ut in ſecundo de morbis mulierum.

φαλαρά. Rotunda cum læuitate.

φαρκιδῶδες. Rugoſum.

φαύσιγες. Proprie quidem ab igne in cruribus exorientes circuli rubri, abuſiue autem & reliqui circuli.

φέρβεται. Exeſt, conſumit.

φύσιτρα. φήρεα. Oblongæ ſub auribus glanduloſæ eminentiæ, quales & Satyri habent. Quidam autem & φῆρες & θῆρες uocãtur, ut ſit tanquam ferine dictum.

φθίνει. Significat, colliquefit, attenuatur, minuitur, non nutritur.

φθόεις. Rotulaas.

φιάρην. Splendens ob humiditatem.

φιβάλιος. Genus fici.

* φιλεταίρειος. Quam & lappam in lente naſcentẽ
* uocant.

φιλίσιον. Idem & hoc uidetur eſſe quod Aparine, & philetærium id eſt, lappa.

φλάζουσιν. Obſcure & indiſtincte loquũtur, factum eſt nomen.

φλεβοτομίαν. Non ſolum conſuetæ ſectionis uenæ hoc eſt, ſed & aliam quomodocunq; diſtinctam à uenis euacuationẽ ſanguinis ſignificat, & φλεβοτομηθῆναι hoc eſt phlebotomari ſimiliter.

φλέγμα. Non ſolum humorem hunc album & frigidum, ſed & inflammationem ſignificat.

φλέγυρον. Ignitum & tanquam ardens.

φλεδονώδεα. Nugacem, φλεδόνες enim nugæ.

φλέον. Verbaſco ſimilis quædam eſt hæc & papyracea ſtirps, quæ texta circũponitur oleariis fictilibus.

φληνύουσα. Nugans.

φληναφώδεις. Nugaces.

φλίας. Ligna recta è regione fixa, ut & neruorũ paraſtatas.

φλεγεαί. Rubræ.

φλογιᾷ uel φλογεῖται. Ignitur cum rubore.

φλυδᾷ. Humectatur, putreſcit.

φλυδάρην. Humidam. E

φλύεται. Humectatur.

φλυζούσῃσιν. Scaturientibus.

φλυζάκια. Puſtulæ genus quoddam.

φλύσιος. Eruptionis puſtularum, in ſuperabundantia exiſtentis in corpore humidi.

φοινίκινος. A colore ſic dictã eſſe elephantiaſin ſuſpicari utiq; poſſet aliquis.

φοινίκη. Morbus in phœnice & in aliis orientalibus partibus abundans, ſignificari autẽ & hic uidetur elephantiaſis.

φολλικώδεα. Tanquam folliculoſa & laxa.

φονᾷ. Necare cupit.

φορίνη. Pellis.

φόρος. Facilis captu.

φορύξαντες. Cum miſcuiſſent. F

φύλλα. Hortenſia & herbacea uiridia odoramenta.

φύλλια. Odoramenta hortenſia, quæ ementibus olera addunt, ut coriandrum, menta, ruta, apium.

φύλλια. Silphii ſemen, eo quod latum eſt, in ſecundo de morbis mulierum, addit autem & ipſe in oratione aliquando quidem Libycũ, aliquando Æthiopicum.

φύσιγγα †. Caulium exortus qui uocatur, & maxime concauus.

φυτάνη. Serendi tempus.

φυτευτηρίων. Quæ in terram ſeruntur, panguntúrue lignorum,

φωΐδες. Ab igne in cruribus exurgentes circuli G rubri, de quibus dictum eſt.

φωνὴ περιπνευμονική. Vox aſpera.

χ

χαλκίτις συμπληθείη. Æque ualens, ut chalcitis.

χαραδρωθέωσι. Bifidum habuerint. *

χαράκτωρι. Exacerbato ob characterem.

χάσκων. In diuerſum trahens Dioſcorides legit, & ait ſic dici uuluas ex eo, quod aperiuntur.

χειμίη. Frigus, gelu, rigor.

χειμιοῦσα. Infrigidata, gelu correpta.

χελίσκιον. Aridum, Diminutiue dictum eſt, χελίσκιον parua tuſſicula, arida autem eſt, H cum nihil humoris, qui excreetur, in os accedit.

χαραδέως. Confertim, Factum eſt autem à torrente.

χεῖς. Qui effudit.

χηλήν. Specillum bifidum in ſummo, diſſectum ut forfex.

χήλωμα. Bifidam cauitatem ſagittæ, qua parte in ſagittando ſagittam neruo applicant.

χήμην κηραμίδα. Cauatiorem concham & maiorem.

χλωροῖσι λαχάνοις. Hortenſibus odoramentis.

χλοιοῦνται. Vt ſi, uireſcunt, dixiſſet.

A χλοῦς. Viriditas.

χλοῶδες. Virens.

χλώρασμα. Viriditas clare fulgens, & ad aqueũ colorem declinans.

χολήιον. Bilis attractiuum.

χυτλάζηται. Vt ſi, mundetur, dixiſſet.

χυτριδέαν. Ollam.

χυτρίδιον. Ollam.

χύτρινον. Ollam.

χολεύσειεν. Mutilum aliquo articulo faceret.

ψ

ψάγδας. Genus quoddam unguenti.

ψαίρειν. Innatare, attingere.

B ψεσὴν μάζαν. In melle & oleo ſubactam, quoniã & liba ſic madeſiunt.

ψάφερον. Fragilem.

ψέφαρα. Tenebroſa, nigricantia, ψέφος enim tenebræ.

ψόφου καθαπτόμενοι. Strepitum facile ſentientes, & timentes, ut ſi, formidoloſos, dixiſſet.

ω

ὠδεῖ. In malo, Arceſilao autem, & malum, ſic uidelicet ſine iota ſcribitur, non cum iota, ut id quod ſequitur.

ᾠδεῖ. Tumeſcit, manifeſtum autem eſt cum iota hoc ſcribi, quoniam & οἰδεῖν, hoc eſt tumere.

ὠμήλυσιν. Ex nõ ſiccatis hordeis farinę craſſiores & farinæ tenuiores, nam uelut crudã farinam, proprie aiunt ὠμήλυσιν nominari, magis abuſiue autem omnem aliam farinam.

ὠρεόντων. Curantium, nam & cura ὤρα.

ὤρσυ. Anno.

ὤρουσαν. Impetum fecerunt.

ὠτειλάς. Non ſolũ cicatrices, ſed etiam ulcera.

ὠχέτευσε. Effluxiones & exitus poſſedit.

F I N I S.

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n.

Omnes ſunt terniones.

BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA PER HIERONYMVM Frobenium & Nicolaum Epiſcopium.


FRO BEN.

# NOVVS INDEX IN OMNIA QVAE EXTANT, CL. GALENI OPERA, BIPARTITVS: PRIMVS IN LEGITIMA ET GENVINA:

*alter in ſpuria ſeu adſcriptitia : uterq; uerò ea diligentia conſcriptus, ut ex neceſſarijs uel utilibus nihil omiſſum ſit, ex alijs etiam nihil omnino ſuperfluũ aut fruſtra repetitum, quemadmodum ex præfationibus utriq; Indicum præfixis intelligere eſt.*

FRO BEN

BASILEAE. M. D. LXII.

# DOCTISSIMO ET VIGILANTISSIMO BASILIENSIVM ECCLESIAE PASTORI, ET *illuſtriß. Academiæ Rectori digniſsimo,* D. SIMONI SVLCERO, GVLIELMVS GRATAROLVS *Medicus* S. D. P.

NON eram equidem ignarus, ornatiſsime & uenerande uir, quãtum hoc munus colligendi authorum ſententias, plus tædij, ac difficultatis, quàm laudis aut lucri adferret, ſi quis uelit (ut decet) exquiſitè abſoluteq; magni alicuius autoris mentẽ, quauis in re utili, paucis uerbis indicare: nec ſolùm uideri aliquibus, parum rem aduertentibus, aut ſciolis, inglorium laborem Indices parare, ſed etiã ſuperfluum: eoq; magis in GALENO, poſt ampliſsimum Braſauoli emiſſum Indicem, poſtq; Gemuſæi mediocrem, me quoq; alium nouum ſcribere aggreſſum eſſe: preſertim cùm non diu pòſt ijdem laudatiſsimi & clariſsimi typographi Frobenius & Epiſcopius, edituri ſint Aloyſii Mũdellæ Archiatri Brixiani Theatrum, ueluti compendium uel epitomen totius GALENI, alphabetico ordine ita conſcriptum, ut uniuerſalis Indicis loco ferè ſit futurum. Sed cenſores tales cogitare uelim in primis, unamquamque librorum editionem, præcipuè autem longè auctiorem (ut hæc noſtra eſt) proprium Indicem requirere: quando fieri nequeat, ut idem ſit in omnibus paginarum numerus & ordo. Deinde quod Braſauolum attinet, qui ſibi multis annis copioſiſsimum Indicem ſcripſerat, negari non poteſt, multa in eo eſſe cùm ſuperflua, tum nimium & plurimis in locis, repetita: qui tamen ſua laude haudquaquàm priuandus eſt, ut de re medica præclarè ac multùm meritus. Contraria uerò ratione de docti ac boni Gemuſæi elencho dicendum, qui cùm in primam, atque ideò ſatis mancam, GALENI æditionem, ſcripſerit, ille huic tertiæ auguſtiori ac ampliori deſeruire haud poterat. Sed hæc eruditioribus, uel me tacente, nota & aperta ſunt: ut illud quoque, intelligunt ijdem, non illaudatum nec inutilem eſſe laborem, imò ferè neceſſarium, maioribus libris Indices apponere: idq; rectè præſtare, non omnium eſſe, ſed ſolummodo ea in facultate peritorum, & iudicio exercitatorum. Sed ut pauca ex multis de Indicis huius utilitate in iuniorum Philiatrorũ gratiam dicam, hoſce præbebit uſus: Siue enim medico ægri curandi ſint, ſiue cum alijs de illorum amiſſa ſanitate recuperanda, uel morte prædicenda, erit diſceptandum aut cõſultandum, ſiue publicè res medica profitenda, aut aliquid conſcribendum ſit, ita diſtinctè, copioſè, ac celeriter cuncta ſe ei offerent, ut uix amplius deſiderare queat. Pergratus igitur hic noſter Index rei medicę ſtudioſis eſſe nõ uno debet nomine, cùm quòd nihil (ut arbitror) prætermiſſum eſt, quod annotatu dignum uideatur, tum ita ſunt cuncta ſuo ordine collocata, ut lectori minimo labore peruia ſint futura, nec tẽpus ſuperfluis aut inutiliter repetitis inueniendis teretur. Quantam item ex breui hoc ordine utilitatẽ percepturus ſit Philiater, tum ad quæuis celeriter inuenienda, tum ea ocyùs memoriæ cõmendanda, tu ac tui ſimiles iudicare poteritis. Nam ſine ordine nullę artes aut ſciẽtiæ benè conſtituũtur, aut traduntur. Ordine conſtat etiã uniuerſum. Ita uerò cum iuſta breuitate copioſus erit, ut nihil à GALENO in hunc uſq; diem notatu dignũ reperiatur, quin abundè hic indicetur: ut dicere auſim, etiam ſi quid plus poſthac reperiatur GALENO attributũ, hinc quoq;, ſi non ex toto, ſaltem bona ex parte, illud ſciri poſſe: eò maximè cum ſua repetere aut ſuccinctè aut fuſè (ut in eo uerſatis notũ eſt) GALENVS ſoleat. Maximos autem Indices ac repetitos uel inuerſos ſcribere, quid ferè aliud eſt, quàm librum bis ſimul ac ſemel uẽdere, & lectorem fruſtrà onerare ac detinere? Sed ſit cuiq; ſuus ſenſus: ego, naturam ſequens, ſuperfluis non delector ulla in re: & medico pręcipuè oc-

caſio præceps eſt. Ideò neceſſaria & utiliora, ut breuius fieri potuit, ſequutus ſum, il-
lius etiam dicti Homerici memor, Odyſſ. 12. – Ἐχθρὸν δέ μοί ἐστιν
Αὖθις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν. i. Semel enarrata iterũ recenſere moleſtum eſt.
Quę uerò in hoc Indice expreſſa nominatim non ſunt, ex ſuis cõgeneribus et ſym-
bolum inuicem habentibus facilè colligi poterunt & inueniri: aut ex ſynonimis in-
dicari. Vbi alphabeti literæ omiſſę ſunt, indicium eſt totam ei rei paginam inſeruire.
Inſuper correximus aliquot errata commiſſa nõ ſolùm ab operis Frobenianis (& ſi
aliàs diligentibus), ſed etiam ab his quorum ipſi exemplar imitati ſunt, ut ex notatis
erratis uideri poterit. Cæterùm ne huius omnis laboris laudem mihi ſoli adſcribere
uidear, ingenuè fateor, mihi ſoli priùs à Typographis datam fuiſſe prouinciam & In-
dicis cõſcribendi, & poſtremę correctionis in legitimos Galeni libros: dumq; gna-
uiter pergerẽ, ecce nũcius tertiò cum amplis literis ad me ab illuſtri Academia Mar-
purgenſi miſſus, quibus non uulgari (pro Germanię more) ſtipendio illuc uocor ad
publicam rei medicæ profeſsionem: quò ſolus, relicta Baſileæ familia, me contuli, ut
experirer qui mihi nonnulla illic placerent: ubi hunc ferè totum annum agens, dum
pro uirili conor uocationi ac profeſsioni reſpondere, coactus ſum temporis penu-
ria pauciores & ſuccisiuas ſolùm horas negocio Typographico dare: quo factum
eſt, ut cũ Galeni opera egregiè iam excuſa eſſent, ac ſolus Index deeſſet, rogati & ſuf-
fecti ſint duo alij Medici ac Philoſophi Baſilienſes Doctores, ſuis editis elucubratio
nibus præclari, & collegæ mei perdilecti: quorũ unus in quartam & quintã claſſes,
alter in ſeptimã Indices & correctiones ſcripſère: Primus ob egregias corporis & a-
nimi uires & dotes H. Pantaleon, id eſt, totus Leo uocatur: Alter uerò Theodorus,
id eſt, Dei donum, à fortunæ, corporis, & præcipuè animi bonis. Frobenianus uerò
Corrector, iuuenis eruditiſsimus, & medicinæ ſtudioſus, nomine Guicæus Stratan
der, in reliquos, nempe Spurios & adſcriptitios Galeni libros, Indicẽ ſeu Dioptram
diligenter ſcripſit, ut ex eius præfatione in eundem Indicem (ſeorſim excuſum & in
maius lectoris cõmodum huic noſtro annexũ) fuſiùs uidere licet. Nũc ſupereſt mi
Paſtor & Rector humaniſsime, ut paucis tecum agam, cùm quia, ut in adagio eſt, Sa
pienti pauca, tum quòd occupatiſsimus ſemper ſis, nimirum grauibus & honoratio
ribus eccleſię & ſcholæ addictus functionibus. Dum ergo receptiſsimo dedicatio-
num ex more cogitarẽ in hoc perturbatiſsimo tempore, ac fortaſsè fine ſeculorum,
cui nam tanti uiri doctrinæ ueluti ſummam dicarem, te neminem ferè cõmodiorem
repperi, qui illius autoris (quantũ per uocationis tuæ occupationes licet) admodũ
ſtudioſus ſis, & uita tua ſobria & ſana eius etiã præcepta pro uirili exprimas, ut ego
inter alios iam diu non ſolùm auritus, ſed etiam oculatus ſum teſtis: quo fit, ut quaſi
ſupra uires, pergraues ſuſtineas labores. Ita uerò natura, aſsiduis ſtudijs, & exercita-
tione, Chriſtianam ſapientiam cum eloquentia cõiunxiſti, ut non immeritò ſemper
frequẽtiſsimum auditorium habeas, ſiue ſacras habeas conciones, ſeu Theologiam
publicè profitearis. Sed nõ patitur modeſtia tua, & Chriſtiana ſpiritus humilitas, ut
alias itidemq; ueras adferam laudes, quæ alioqui magis atq; magis ſponte palàm fi-
ent, cum aliquando permittes ut tuum Locorum cõmunium copiæ cornu, uel po-
tius Theatrum ordinatiſsimũ, Calcographos adeat. Ego profectò (ſi quis alius) mi
hi in hoc Chriſtiano exilio gaudeo, quòd tantùm in lingua Germanica profecerim,
ut te cõcionantem ſatis intelligam. Cùm igitur ob præclaras tuas uirtutes te ſemper
dilexerim, & perpetuò amaturus ſim, uiciſsimq; me abs te diligi mihi perſuadeam,
uolui ut hoc qualecunq; mei erga te amoris μνημόσυνον perpetuum extaret: quod ab
animo ſimplici & candido (ut probè noſti) profectum, boni conſules pro tua man-
ſuetudine ac ſolida pietate, meq; ſimul perpetuò commendatum habeas. Dominus
& pater cœleſtis diutiſsimè te incolumẽ ſuæ eccleſiæ ſeruet. Ex Muſæo noſtro, Ba-
ſileæ, die Lucæ medici & Euangeliſtæ, M. D. LXII.

INDEX

# INDEX RERVM ET VOCVM IN VEROS GALENI LIBROS COPIOSISSIMVS, INDICANS BREVITER QVICQVID IN IIS

*ſcitu dignum reperitur. Eſt autem ſciendũ, quòd Prior numerus claſſem notet, Secundus paginam: & Tertiò ponatur alphabeti litera, notans paginæ partem: quæ litera cùm omittitur, indicio eſt, eam totam paginam rei quæſitæ deſeruire. His noſtris laboribus amice Lector faue ac ad tuorum ſtudiorum commodum feliciter fruere. Vale.*

A


ABaptiſtæ, terebellorũ genus 7.83.c
Abaſcãti Antidot⁹ 5.235.c
Abditarum rerum notitia an inutilis ſit. Iſag. 41.a
Abdomen ex quibus conſtet 7.77.a
abdominis muſculorum diſſectio ut fienda 1.174
abdominis ſeu epigaſtrij muſculi 1.98.b
abdominis uulnera magnitudine differunt. claß. 7.77.c
abdominis uulnerum artificioſa conſutio. claß. 7.87.e
abdominis uulnera quõ curanda 7.77.a
abdominis muſculi 1.173
Abductio dupliciter ſumitur 7.440.b
Abietis ſemẽ quo tẽpore habeatur 2.174.b
Abire unumquodq; in id unde cõſtitit 1.59.d
in Ablutione interna qua copia uterentur maiores, ut ſero, &c. 2.82.f
Abortiri uel deperdere, quid 3.289.g
Abortus mulieri unde fiat 3.272.b
abortus futuri ſignum ex mammis 1.414.g
abortum promouentia 7.328.b
abortum procurauit Galenus 1.647.a
abortiui digitus auricularis è collo mulieris ſuſpenſus, conceptum prohibet 7.365.b
Abrotani natura 5.81.a
Abruptio quid 7.440.b
Abſceſſus quando & ubi ac in quibus morbis expectandus 3.320.e
abſceſſus in articulos cui expectandus 3.319
abſceſſus inferiorum partium quando expectandus 4.425.c
abſceſſus infrà præcordia ut prænoſcendus. claß. 4.408.g
abſceſſus cauſæ noſcendæ 3.319.a
abſceſſus generalis ſignificatio 7.423.d
abſceſſus qua in parte difficiliores 3.318.b
abſceſſus occulti ut curentur 5.373.a
abſceſſus interni ut curentur 5.367.a
abſceſſus latentes curare 5.515.d
abſceſſus iudicatorij 4.282.g
abſceſſ. quo in loco ſalubres, uel nõ 3.308.b
abſceſſus poſt aures unde 4.382.e
abſceſſus quomodo deligãdi 7.426.g. et ſeq.
abſceſſus qui optimi 3.245.a
abſceſſus ut iudicentur 4.415.d
abſceſſus quando boni 4.416.b
abſceſſus euaneſcentes quãdo mali 4.417.a
abſceſſ. aliter q̃ ſinus ſunt deligãdi 7.426.b
abſceſſ. & ſinus quomodo differãt 7.425.b
abſceſſus ſine dolore diſcutere 5.447.d
abſceſſus hyeme ferè fiunt 4.427.a
abſceſſuum differentiæ 7.179.d
abſceſſuum uſus 3.349.d
abſceſſuum qui mali uel commodi 3.234.b
Abſinthij uis 5.382.e
abſinthij facultas duplex 7.144.f
abſinthij natura 5.81.d & 89.c
abſinthij potio quibus aduerſiſſima 2.200.b
abſinthij uis in purgãdo ſtomacho 2.200.g
Abſtergentia carnem procreant 5.134.g
abſtergentia pharmaca quæ 5.446.e
Acacia 5.84.e
Academicorum doctrina. Iſag. 59.c
Acanthium 5.84.f
Acanthos uel ſpina uulgaris 5.84.f
Accentus in nominib. quid pariat. Iſag. 14.b
Acceſſiones cũ diebus paribus quando peſſimæ 3.229.b
Accidentia uel ſunt affectus, uel actiones, uel paſſiones 7.26.g
Accipiter, faſcia naſi 7.592.f. & 7.593.c
Accuſantes oẽs æquo aĩo audiẽdos 2.104.g
Acre et acidũ q ſola lingua pcipitur 5.56.b
acres ſapores omnes calidiſſimi 5.59.a
acria quæ 5.131.a
acria omnia calefacere 2.37.b
acria eſſe quæ dicantur 2.86.g
acria irritant & mordent 5.495.e
acria quæ 5.17.c
acrium alimentorum uſus quibus noceat & quibus proſit 2.50.e
acrium natura 5.78.g
Acerbum quid 5.17.b
acerbi & auſteri cõmune genus quid 2.16.g
acerba à frigido uincẽte perficiũtur 5.54.b
acerba refrigerant & ſiccant 7.92.b
acerba, craſſarũ: acida, tenuiũ partiũ 5.51.d
acerba ut fiant 5.53.b
acerba uentriculo frigido & ſicco non conueniunt 7.92.b
Acetabulum uuluæ quid 1.218.f.g
acetabulum quid 5.554.e
acetabulum duplex 7.509
acetabula in matrice quæ uocet Hip. 1.423.d
acetabula uuluæ quæ uocentur 1.665.b
Acetũ & muria qd agant in corpore 2.91.b
acetum aqua miſtum refrigerat & humectat 7.128.b
acetum ſcylliticum in epilepſia ſummoperè conuenit 7.351.d
acetum ſcirrhis oportunum 7.175.a & b
acetum blioſis prodeſt, nocet melancholicis 7.262.e
acetum neruoſis partibus nocet, quare & utero 7.262.f
acetum in ſingultu formidandum 7.286.b
acetum conſtat putrefactione 5.49.d
acetum mulſum neruis affectis non conuenit 7.472.b
acetum an refrigeret 5.10.e
acetum cur uideatur calefacere 5.12.f
acetum quamuis refrigeret, tamẽ caliditatẽ aliquam miſtam habet, propter tenuitatem partium 7.128.b
acetum ſiſtit ſanguinem 5.10.f
acetum quando ſitis remedium 5.14.g
acetum 5.116.g
acetum reuera frigidum 5.10.b
aceti iuſtum pondus 5.557.d
aceti mulſi utilitas maxima 2.77.b
aceti ſcillini laus & confectio 7.346.g
Acetoſæ radix ſcrofulis prodeſt 7.365.b
Achilles formoſus ſimpliciter 1.77.d
achilles & Aiax magni 5.164.b
Achoræ inueterati ut tollantur 5.262.f
achoræ inflammati ut mitigentur 5.261.a
Achores, cerij, myrmecia, acrochordines. cl. 3. pag. 170.g
achorũ remedia 7.300.e 5.258.e 7.314.b
achorum & Faui differentia 7.300.e
Acia chirurgica qualis eſſe debeat 7.417.c
acia quid 7.415.b
Acidum & acre differunt 5.78.g
acidi ructus cauſa quæ 1.40.e
acida ut fiant 5.55.a
acida ſunt frigida 5.50.f
acida quæ 5.17.c
acida & acria quid differant in ſuccis craſſis incidendis 2.38.f
acida quando uentrem adſtringant 2.38.f
acidorum natura 5.78.g
Aciditas non à calore 5.55.d
Acinorum uuæ nuclei 5.91.d
Aconitum 5.84.b
Acopa medicamenta 5.541.d
acopa medicamenta quæ laſſitudinem tollant 5.468.b
acopa unguenta quæ 2.199.a
Acopum ex abietis ſemine & oleo 2.174.b
acoporũ cõpoſitiones Damocrati 5.549.c
Acorum 5.84.b
Acrimonias corrodentes qd tẽperet 3.386.e
Acriſiæ quid Hippocrati ſignificẽt 3.224.e
Acrochordonũ curatio, etiã ore ſolo 7.184.b
Actio non eſt abſolutè 7.19.a
actio partis corporis quid 1.442.g
actio effectus eſt ipſius affectus 7.14.e
act. partiũ à tẽperamẽto earũ puenit 7.86.f
actio motus eſt actiuus 7.19.a
actio tripliciter læditur 7.372.b
actio & opus quid differant 1.583.c
actio & paſſio quid 3.21.a
actio & paſſio quibus qualitatibus primis tribuantur 583.d